



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

4. 8. 249

XXIX

July 18 P.

Waukegan.

Mr. Engle.

ITERUM QUIT,
SIC ETIS VARIIS ET
PERSONATIS.

Ad

Illusterrimum Baronem
BOINERBURGIUM.

In qua dissertatione

Quaedam , maxime circa
iusta iurisprudentiae fundamenta,
**vulgo velignota , vel neglecta ,
vel errata , proponuntur &
expenduntur.**

Andreas

J. L. B.



NORIBERGÆ

**Apud Joh. AND. ENDTE-
RUM & WOLFG. JUN.
HÆRED.**

Anno M. D. C. LXIV.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO VIRO
DN. IOANNI
CHRISTIANO,
L. B. A BOINEBURG,
Equiti Aurato,
Serenissimi Electoris Mo-
guntini Consiliario Intimo,
et
Supremo Aulæ Mareschal-
Hochstæ & Hofhemii Præ-
fecto,
Dominus suo Colendissimo.

ILLUSTRISSIME BARO,

 Ulod æter-
nis in Rempubli-
cam , atque adeo
litteras, quibus stare illam
& clarescere nemo Te,Do-
mine, rectius novit , meri-
tis hoc nomen Tibi peperi-
sti; quod, inter ceteras He-
roicæ indolis dotes , Veræ
Jurisprudentiæ cultu & in-
tellectu vulgus alte super-
grederis;quod Bonæ Men-
ti & Palladi devotos , lucidi
instar ac benefici sideris,ad

A z Te

Te convertis , illuminas ,
foves ; quod gratiæ singu-
laris nexu mancipare Tibi
me voluisti ; quod denique
auspicio ductuq; Tuo, Do-
mine , quicquid hujus est ,
factum est : ea vero sunt ,
quæ Tuæ potissimum Ex-
cellentiæ consecrari una
mecum hanc scripturam ,
& publico & privato no-
mine gratias agi jubent .
Accipe igitur libenter , Il-
lustrissime Mæcenas , quod
hoc consilio supplex offero ,
& in-

& inæstimabilis Tui favo-
ris præsidium ac decus mi-
hi serva. Ita Te Deus Sere-
nissimo Electori , Electo-
rem Tibi, Utrumq; Patriæ,
cujus pro salute excubat
tutelare illud Principis nu-
men , invicem servet, pro-
speris rerum successibus
augeat , immortali gloria
cumulet.


*ILLUSTRISSIMÆ TUÆ
EXCELLENTIÆ*

devotus famulus,

I.L.P.

A 3

PRAE-



PRÆFATIO.

CÆVOLAM
dictitasse ferūt,
*nullius sibi ar-
tis, quam Ju-
risprudentia, cognitionem
faciliorem videri. Ex no-
stris Jureconsultis idem sta-
tuit, ac testimonio firmat,
nonnullorum fastui oppo-
nens, *Guilielmus Budæus,*
*Annotation. ad tit. D. de
Just. & Jure;* cui adjun-
gere*

gere liceat *Christophorum Ehemium, Principiorum Juris lib. 3. cap. 4. Jo. Oldendorpium, in arguento operis, cui index, Acti- num Forensum Progy- mnasmata, & complures alios.* Atque ita rem esse, Oratori suo rationibus ostendit *Fab. Quintilia- nus, Institutionum lib. 12. cap. 3. Hoc, inquit, quod est maxime necessarium, non tam est arduū, quam procul intuentibus fortas-*

A 4 se vi-

se videatur. Namq; omne
jus, quod est certum, aut
scripto, aut moribus con-
stat: dubium, aequitatis
regula examinandum est.
Quae scripta sunt, aut po-
sit a in more civitatis, nul-
lam habent difficultatem:
cognitionis sunt enim, non
inventionis. At qua con-
sultorum responsis expli-
cantur, aut in verborum
interpretatione sunt pos-
ta, aut in recti praviq;
discrimine. Vim cuiusq;
vocis

as(0)se

vocis intelligere, aut communè prudentium est, aut proprium Oratoris. Äquitas optimo cuiq; notissima. Nos porro ē bonum virum, ē prudentem in primis, Oratorem putamus : qui cum se ad id, quod est optimum natura, direxerit; non magnopere commovebitur, si quis ab eo consultus dissentiet, cum ipsis illis diversas inter se opiniones tueri concessum sit. Sed etiam si nos-

As se,

se, quid quisq; senserit, vo-
let; lectionis opus est; qua-
nihil est in studiis minus
laboriosum. Quod si ple-
riq; desperata facultate a-
gendi, ad discendum fūs
declinaverunt; quam id
scire facile est oratori, quod
discunt, qui sua quoque
confessione Oratores esse
non possunt? & quæ se-
quuntur. Qui fit ergo, in-
quies, ut alii ex diverso de
Juris difficultate summa ac
prope insuperabili tanto-
pere

pere conquerantur ? quibus res ipsa etiam & experientia suffragari videtur. Dicam verbo : in causa est, quod pernoscendis Juris principiis, & fundamentis rite locandis , nunquam hodie satis impenditur temporis , meditationis , curæ. Atq; adeo cum duo sint percipiendæ cujusque disciplinæ modi , quorum prior ab universalibus principiis ac præceptionibus egressus , in cognitionem

A 6 rerum

rerum quarumvis singu-
larium animo probe jam
domefacto & instructo se
infert , eruditis maxime
proprium; qui similitudine
ab arte jaculantium acce-
pta illustratur apud *Sene-*
cam , Ep. 94. alter ab au-
toritatibus doctorum , ac
velut à posteriori , ut scho-
larum lingua utar , singula
particulatim petens , vulgi
ingenio servit: illi , qui ope-
ram suam Juri hodie lo-
cant , priori feremodo con-

temto

temto & ignorato, quid sta-
tuendum sit in quoq; ne-
gotio, aliena fide differunt,
& corrogatis sententiis, ci-
tatisque velut in pompam
auctoribus, non raro ob-
scurissimis, honorem ha-
bent non exiguum; quo-
tiens præsertim in termi-
nis, uti loquuntur, termi-
nantibus rem definiunt:
qui cum hoc tempore sint
infiniti, non possunt non
illi, qui cognitionem Juris
hinc suspendunt, ipsam

A7 quo-

quoque Jurisprudentiam ,
quasi limitibus revulsis ,
proferre in infinitum , &
complexu reddere difficil-
limam , immo artium nu-
mero prorsus eximere . Ita
quodammodo fit , quod est
apud Tacitum : Pauci pru-
dentia honesta ab deteriori-
bus , utilia ab noxiis dis-
cernunt ; plures aliorum
exemplis docentur : & , ut
loquitur appellatus *Ehe-*
minus , ex artifice ars , non
ex arte artifex judicatur .

Hoc

Hoc vero quam indignum
sit sapiente, velex eo lucet,
quod Jurisconsulti passim
ipsi auctoritatem suam esse
probabilem , non necessa-
riam , uno velut ore , an-
tesignano *Baldo* , testan-
tur. Et certe, nihil judicem
potest stringere, præter le-
gem, quæ, quod jubet, tu-
etur : hac silente , nece-
fario ad summam ferenda-
rum legum potestatem de-
curritur ; quam in rem di-
ferta extat sanctio Impera-
toris,

toris, L. 3. §. 18. C. de V. 3.
E. Olim sane, apud sæcu-
lum prius, Jurisconsultis
permissa non interpretan-
di solum, sed condendi et-
iam Juris facultas: ad quos
merito restrinxeris defini-
tionem *Christophori Preis-
lebii*, in *Erotematis Insti-
tutionum*, tit. 2. lib. 1. Ju-
risconsultus est, cui de Ju-
re respondendi à Casare jus
datum est, à cuius respon-
so judici recedere non licet.
Inde natum illud *Senecæ*:

Ju-

*Jurisconsultorum valent
responsa, etiam si ratio non
redditur : inde Juliani &
Ulpiani consilium , L. 12.
Et 3. D. de Leg. quod in-
cautius hodie, quam oportet,
accipi , & à legum lato-
ribus ad interpretes trans-
ferri cernimus. Sed hoc
magna ratione postmodū
est sublatum. Interpretatio
vero, cuius gloria relicta est
nostris (de propria dicto lo-
quimur ; nam legislatoria
illa aliquid amplius videtur
inter-*

interpretatione) suos ha-
bet fines : quos tam licen-
ter vulgo transiri, dubito an
principes ac rectores Re-
rum p. fine diminutione Ju-
ris sui pati possint ; & ma-
xima hinc confusio existit,
non hujus artis modo, sed
& Reipublicæ. Jus enim, ut
apparet, res hæc efficit va-
rium, flexible, dissonum:
de cuius rei commodo
transcribam verba *Olden-*
dorpii, ex *Dedicatione*
Classium ejus : *Versatus*
jam

os(0)50

jam aliquot, inquit, annis
 in functionibus tum pri-
 vatis, tum publicis; ani-
 madverti, tam variis au-
 etorum, qui praxin furis
 tractant, traditionibus
 judiciorum cognitionem
 conquassari, ut plerunque
 judices ipsi cum litigatori-
 bus non inveniant litis ex-
 itum. Unde, cum quadam
 velut immortalitas con-
 trovertendi nascatur, fit,
 ut non solum res familia-
 ris, & nunquam reditu-
 rum

rum tempus inutiliter consumatur; verum etiā distrahantur amicitiae, succrescant odia, ex litigatoribus paullatim in utriusq; familiā diffusa; tandem ex lite non ita magna totius Reip. tranquillitas disturbetur. Et hoc quidē malum ex eo est genere, quod prius sentire, quam cognoscere solemus. Vidi ego multos judices minime malos, nec indoctos, qui nulla re magis se gravari de-

21

deplorabant, quam incon-
stantia allegationum ex
Jure, quarum quisq; suos
auctores produceret. O-
mnino igitur cavendum,
ne & nostris temporibus e-
veniat, quod de Tiberianis
refert Tacitus, Ann. 3, 25,

2. Multitudo, ait, peridi-
tantium gliscebat, cum o-
mnes domus delatorum
INTERPRETATIO-
NIBUS subverterentur:
utq; antehac flagitiis, ita
tunc legibus laborabatur.

Sum-

Summa hæc est: quæcunq;
interpretes Juris tradunt,
ea vel insunt legi, si non ex-
erte, saltem necessaria qua-
dam & dilucida consecu-
tione ; vel à lege dicta aut
intellecta demonstrari ne-
queunt , aut non demon-
strantur : si prius, non ex se-
fæuctoritatem habent, sed
ex lege, quam illustrant; ad
quam ideo, velut ad Heli-
cen, tota mentis acies con-
vertenda erit: sin posterius,
rejiciantur, ut potestatis a-
lienæ

sienæ usurpatores. Dedeceat
 enim Jurisconsultum, ita-
 lem, sine lege loqui. Ita ve-
 nerandus meus Socer ac
 Præceptor, *de Defensione*
rei absentis, cap. 5. §. 10. con-
tra Cothmannum, cum
globo auctorum, totoque
agmine, immo exercitu
Doctorum, à suis partibus
stantium, proruuentem, o-
lim pronuntiavit, scribens:
Veruntamen his terricu-
lamentis non movebitur,
qui juris Rationem ri-
ceper-

te perspexerit. Quam quis
DD. intelligunt & sequun-
tur, merito estimantur:
qui negligunt, & suis in-
dulgent cogitatis, nequa-
quam attendendi veniunt;
cum novis Ius inducant,
~~quod non in ipsorum po-~~
~~state positum est.~~ Quid?
quod illi, qui intelligunt &
sequuntur, quosq; alii mox
sequi solent, ex certis utiq;
principiis intelligunt. Cur
ergo ambages duplicato
labore sequi malumus? cur
non,

oo(o)oo

non, missis factis rivulis, ex
ipso potius fonte aquas pe-
timus? cur deniq; non hoc
pacto rem in eum locum
restitutum imus, in quem
tanto sudore collocavit
maximus Imperator Justi-
nianus, aut manibus pedi-
busq; enixe consequi stu-
demus, quod habetur *L. 3.*

§. 12. C. de V. J. E. ut prio-
res soluti perturbatione &
confusione, & nullum fi-
nem habente juris positio-
ne, usuri simus posthac le-

B gibus

gibus rectis, compendiosis,
Et omnibus ad manum
promptis, Et litium com-
pendium afferentibus, Et
paratis atque expositis o-
mnibus ad facilem exposi-
tionem, nec amplius egen-
tibus multis pecuniis, ut
illorum inutitium libroru[m]
congerant multitudinem.
Injuriam itaque Juri nostro
faciunt, qui immodecum e-
jus difficultatem cum alien-
andæ juventutis periculo
vel inaniter jactant, vel in-
docte

docte accusant; nos meti psumus accusandi, qui rē in medio omnibus positam præpostere tractamus. Sic ut in mechanicis eandem fæpe machinam nullo negotio promovet, qui perite tangit; difficillime contra, quem nullæ artis leges instruunt. Quæ cum ita profecto se habeant, constitutum est nobis, de principiis ac fundamentis Juris pauca differere; eoq; Jurisprudentiam Veram à Simulata

B 2 per-

perspicuis quibusdam notis dirimere: idq; non tam nostrarum fiduciâ virium, quas scimus esse nullas, quam prudentiâ illorum nixi, quorum præceptis ac testimonij uti subinde vi sum est. Neminem fore existimamus, qui hæc tam honesto consilio ex mente simplicissima exorsa, in pejus sit rapturus. Etsi non ignoramus, paucorum hac tempestate ulcera (quæ interim tangi aliquando necessi-

cessitas imperabit) manum
ferre medicam: nempe, ut
ait ille: *Nemo non didicisse
ma vult, quam discere.* Si
quis proinde exoriatur, hu-
ic scripturæ iniquior, eum
scire velim primo, ab altio-
re auspicio repetendam ef-
fe illius occasionem:

— *nec levitas mihi,
Sed certa ratio caussam
scribendi dedit.*

Deinde, uti neminem cer-
tum nominamus, ita nec
notamus, aut intellectum

B3 volu-

volumus: illibata cujuslibet dignitate , errores argui-
mus: nec aliud oramus , in
hoc præsertim negotio, ad
rem litterariā & posteritatis
cognitionem pertinente,
quam quo ipse utitur , sen-
tiendi libertatē. Sed nec sine
exceptione fas erit cuncta
accipi: scimus enim ac læti-
profitemur, nō extinctā pe-
nitus esse Veræ Jurisprudē-
tiæ mystarum familiam: ex
qua nonnullos haud sine
tacita veneratione cum in
his

(O) 31
 his comitiis videre contigit, tum in gremio laudatissimæ hujus Reip. admirari saepenumero loquentes aut scribentes soleo ; quorum virtutes invidendas pluribus hic retexerem, si lucidissimi illi Hyperiones, nebulosæ, ut sic dicam, faculæ nostræ subsidio indigerent ; aut non alium sibi locū argumenti beata fecunditas postularet. Denique ita hæc tractare instituimus, ut omni

B 4 acer-

acerbitate, omni etiam dubitatione pro virili submoda, cunctis clarescat, nihil præter veritatem nobis in oculis fuisse. **Quod si cui** minus videbor consecutus (quis enim aut omnibus persuadeat, aut percognita habeat omnia?) ei beneficium debebit mecum posteritas, si eruditio calamo voluerit qualiacunque hæc implere aut diluere. Interea nos cordatis lectoribus caussam & studia

no-

(o) 33

nostra, quatenus aut finit
æquitas, aut bonarum lit-
terarum reique publicæ
cura efflagitat, supplici-
bus precibus com-
mendamus.



B S

I. Omnis

શ્રી તેજા? શ્રી તેજા શ્રી તેજા શ્રી તેજા: શ્રી તેજા શ્રી તેજા: શ્રી તેજા

L

 Mnibus disciplinis sua lumenia, sua sunt propudia: nec strenui tantum pugnatores, sed lixæ etiam & calones Apollinis militiam sequuntur. Inter θεολόγους, μαθαινολόγους; inter medicos, medicastrós novimus. Philosophiæ habitu & τριβωνοφορίᾳ fallentes etiam iura notant, L. g. C. de Professor. & Medicis. Eadem fortuna est optimæ rerum Jurisprudentiæ: habet suos Papinianos, suos item Speculatores. Non immerito enim fortasse hic auctor in exemplum nobis placeat: de quo Jo. Oldendorpius, gravissimus JC. in Dedicatione

tione Clasium ad Ferdinandum Casarem: Suni multi practiciscriptores, inter quos Durandus ille Speculator (ut vocant) solet praecipuus reputari: nec sine magno labore tantum opus consarcinavit; ut interim ex hoc primario viro reliquos estimemus omnes. Sed in scriptis ejus primum methodus desideratur, & justus ordo rerum explicandarum. Deinde simplicitas docendi, quam adeo non retinet, ut saepe toto capite aliud faciat nihil, quam opiniones recensere, quas ipse tandem falsas pronuntiat. Ad hæc, si Roffredi formulas ex illius opere demas, nihil videbis reliquum, præter opinionum congeriem. Deniq; multa tractat, que nullum in foro nostro habent usum. Et pleraque multo concinnius in Pontificiis decretis nobis exhibentur,

B 6 quam

quam ipse disputat. Ingeniosissimus ille Afer in *Phormione* sua ,
act. 2. sc. 4. producit senem , amicos è foro accitos de jure consulentem : quorum alteri , post tergiversationem interpositam , videtur , alteri non videtur , tertius amplius deliberandum censet . Quo facto , Numquid nos vix ? inquiunt , & abeunt . Quis non videt instituti comici rationem ? *Phaedrus* quoque , Augusti liberius , ut *Theologos* , *fab. 42.* Medicos , *fab. 14.* Philosophos , *fab. 72.* non modicum videtur ; ita Jurisperitos degeneres eruditio sale desfricat , *fab. 63.* Nam rabularum viles animas , tot præsertim doctiorum Jurisconsultorum censuris & legibus publicis jam vexatas , ne verbo quidem tangimus , aut hoc perire credimus .

II. Ex.

II. Ex qua hominum differen-
tia factum , ut Jurisprudentia ipsa
velue sua sponte discederet in ve-
ram & falsam. Princeps , quod
sciam , hac distinctione usus est
Ulpianus , *L. I. f. I. D. de J. & f.*
dum de Jurisprudentia differens ,
vera & simulata philosophiae me-
minit. *Joachimus Hopperus* , *J.C.*
Regis Catholici Consiliarius , &
magnosigillo Praefectus , *de Vera*
Jurisprudentia lib. I. tit. 2. & lib.
4. tit. 30. orbem hujus doctrinæ
tribus velut regionibus describit ,
summa , media , infima ; Jurispru-
dentiam dividens *in veram* , *vul-*
garem , & *assimilatam* . Veram
nobis sic definit : *que in vulgo*
bacchanus ignota , *certa via acra-*
tione , *certisq; principiis ex natura*
notis constat : *unde non errans &*
vaga opinio , *sed stabilis firmatq;*

scientia existit. At vulgarem, hunc in modum inter cætera depingit: quæ circa unius alicujus populi leges, earumq; vulgarem intelligentiam & usum versatur. cui qui prasunt, non veri & expressi, sed plebeji sunt ac minuti Juris-consulti. quæ non universalis est, sed legibus specialibus, circa quas versatur, ita astricta, ut iis sublati, simul & ipsa intereat: quod significare voluerit Imperator ille, qui uno die totum 3Cterum Romanum sapientiam è medio se sublatum minabatur. quæ constat bonitate naturæ, & multarum rerum memoria, cum longo usu & experientia conjuncta: quæ sape similitudinem quandam ac faciem gerat sapientia, cum non sit. quæ quia mensura caret, nec definitam habet regionem, cujus terminis se-

ptæ

ptateneatur ; infinita est & contentionibus plena , multisq; difficultatibus obstructa : ut ex immensis scriptis eorum , qui illam sequuntur , & opinionum varietatibus , quibus summa dissensione certantes , tanquam fluctibus in vasto mari , sursum deorsum jactantur . videre liceat . Et hanc distribuire in facultatem Legulejorum , & Pragmaticorum . Assimilatam vero nominat , que circa juris ac justitiae umbras versatur : didicimusque in Sophisticen , & Rhetorices . Atque huc digitum intendunt melioris monetæ Consulti , qui mentionem passim faciunt solidioris & sincerioris Jurisprudentiae .

I I I . Porro , quod non in omni modo studiorum genere , sed tota vita usu venit , ut restrictior sic bono-

bonorum, quam malorum copia;
id in Jurisprudentiam quoque
convenire fatendum est: eo ma-
gis, quo est amplior sectatorum
numerus. Seilicet hic quoq; mul-
tithyrsigeri, pauci Bacchi: ut vel
ex iis, quæ dicturi sumus in se-
quentibus, nimium quam erit
manifestum. Atque id hoc inpri-
mis secundo, in hac mundi fene-
cta: quod & sciunt, & deplorant,
qui cum præsentis ævi memoria
cognitionem vetustatis conjun-
xerunt. Nempe alius ingeniorum
vigor (quæ sententia est Jacobi
Leotii, clarissimi JC. in Oratione
de Vita & Scriptis Papiniani) alia
etiam diligentia assiduitas labo-
risq; nec per otium & voluptatem,
sed pulcherrimis ac gravissimis ex-
ercitationibus melior vita pars
agebatur, proiectior etiam immo-
etas

et as<e> capularis. Quare nec min-
sum tam fœcunda bonarum rerum
tempora fuisse illa, quam hac no-
stra feralem ad barbariem puden-
damq; prolabi animadvertisus.
Idem in eodem loco queritur, ne-
fulosas potius mille ineptias, mille
captiones & laqueos, mille nocendi
artes passim hodie nec*t*i. De Ju-
risprudentia Romana. nomina-
tim, cultissimūs illā P. Cuneus O-
ratione 6. notat: *F*us illud Romanum,
cujus summa est perfectio,
propter excellentem seculi nostri
perversitatem ita deformatum,
interpolatum, luxatum est, ubi
solidam & expressam effigiem ejus
nullam teneamus, umbra autem
& imaginibus ut amur. Oratio
haud dubie magis & nec publici
saporis: tot enim tamq; enormes
existant commentarii, hominum
vel

vel doctissimorum, de singulis etiam ac minutissimis Juris articulis; ut excusla tantum non omnia, & mirifice illustrata, &c, si ulla ars, hæc certe, tam tenuis à fonte, ple- no jam alveo fluere videatur. Sed aliter vulgus, aliter eruditi judi- cant: quorum ex mente, quæ sic disputantur, ita coarguemus, ut partem equidem concedamus, sed exiguo adversantium lucro, partem falsam esse convincamus. Expedit enim, securitatem homi- nibus demi, & erroris capitalis, quo pleriq; tenentur, stirpes ac fi- bras animis penitus revelli: quo melius inseri vera Juris scientia possit.

I V. Damus igitur utraque ma- nu, maximam hodie meti maxi- ximorum codicum Juridicorum messem. Neque enim, prope di- xerim,

xerim , ullus est Doctorum (sunt autem innumerabiles) qui man-
sura in vestigio suo fundamenta
Reip. existimet, nisi lectiones suas
aut definitiones toti Orbi promul-
gaverit. Sed pauca certe ex his, ut
mox patescet , ad veram Juris-
prudentiam pertinent : cui offi-
cium magis , quam conducunt :
plane ut non florere, sed silvesce-
re ars hæc sit putanda. Sicut non
exculta dicitur arbor , quæ luxu-
riat inutilibus ramis , & comam
sine lege diffundit; sed quæ fal-
cem passa , incrementi sui habet
modum. Nullus sane liber tam
est incommodus , ut non aliqua
sui parte prospicit : verum hoc boni
facile absorbetur damno tempo-
ris, quod fit legendis tot quisqui-
liis: & , ut loquitur Sacratissimus
noster Imperator , §. 16. *Const. de*

Con-

Confirm. Dig. ad Sen. & pop. multo utilius est, pauca idonea effugere, quam multis inutilibus homines pragravare. Nihil ergo huc facit prodigiosa illa moles, negligentissimæ diligentia testimonium: neque enim quam magnus liber, sed quam bonus sit, refert. Græci dicunt: μή γα βιβλίον, μή γα κάδος: & ex sententia Hebræorum granum piperis canistro cœurbitatum præstatur. Ex multitudine vero ipsa, quanta ad Jurisprudentiam perveniunt mala? Jam primum sit, quod indicatur *L. a. f. 27. C. de V. J. E.* ut tot libros comparare impossibile sit: deinde, ut maneat in scientia, &c, cum legi illi, meditate præfertim, nequeant, similes sint ineditis, oleumq; & opera pereat; propter quod non acutè minus, quam vere ibidem

dem dicitur *egena multitudo*,
opulentissima brevitas: demum,
ut voluntate judicum magis,
quam legitima auctoritate, lites
dirimantur. Præterea autem cum
doctrina, affectu & ingenio di-
versos diversa generare necesse
sit; maximæ hinc confusiones, di-
gladiationes, fluctuationes tyro-
num, litigatorum, præsidum, ca-
dumiandi velut anfa & instru-
mentum, cæstatio poenæ temere
litigantium, innocentium da-
mna, & jus sceleridatum, ad sum-
mam Reip. noxa & dedecus; hac
in primis tempestate, qua minus
eruditæ, cautæ, parcæ dissensio-
nes solent esse, quam erant vete-
rum.

V. Ideo *Cunæus* (ut argumen-
tis subjungamus testimonia) in-
laudata modo *Oratione* scribit:
Acces-

Accedit aliud quoque, quod longe
peius est, ambitio pravaq; libido
quorundam, qui in Ius civile cum
immanes commentarios scriberent,
pate omnia subtili argumento-
rum collectione in disceptationem
vocavere, jusq; dedere nobis con-
troversum, quod tam actoris, quam
rei partibus deservit. Hinc nulla
caussa, aqua iniqua, justa inusta
reperitur, ad quam defendendam
desit Doctoris alicuius auctoritas;
aut cavillatio ab iis excoitata,
qui intelligendo effecere, nihil ut
intelligerent. Adde huc Pagani-
num Gaudentium, Theologum &
JC. qui de Justinianei faculi mori-
bus nonnullis, parte 2. cap. 29. ex-
clamat: Superiori ac nostra tempe-
state, ut amarunt amantq; peccare
in Justinianum, qui Justinianum
semper in ore habent, qui auspice
Justi-

Justinianorem faciunt! Replent officinas Bibliopolarum immanibus voluminibus, quibus gerendis opus est gerulorum humeris latis robustisq;. An vos, qui tanti facere vultis videri Casarea jussa, Casarei jussi immemores, prolixis milliesq; repetitis disputationibus involvitis Pandecten, Codicem; calamitosos profecto obtot, à quibus lacerantur, rapiuntur in varias partes, interpretes. Scio, quid mihi reponant nostrates Jurisperiti, alios esse mores nostros à Justinianis. Nec ego eis pergo esse molestus. Norint tamen, quid gravissimis verbis ingerat Imp. L. 2. §. hoc autem, C. de V. J. E. Sed & alii Jurisconsulti cacoëthes hoc scribendi frequentissimis insequuntur querelis, alterumq; Justinianum suspirant; nec docti modo, verum etiam

etiam indocti , quiq; & ipsi scri-
ptitant , & scriptoribus , quos vi-
tuperant , utuntur . Oneri enim
sibi mutuo , & senio est turba : &
quod quisq; damnum dat , sentit :
pluresq; aliquanto sciunt , quid
rectum sit , quam faciunt . Ve-
rum quid opus de his queri , quæ
contemnere liceat ? aut Justinia-
ni , ejusve legis , consuetudine sæ-
culi victæ , meminisse ? Ni fallor ,
licere debet litteratis , curas & opi-
niones suas , saltem non manife-
ste improbas , quasi merces , pro-
trudere , & dignum à posteritate
timuia expectare : nec minimum
hunc esse studiorum fructum ac
solarium , immo & incitamen-
tum , reor . Sed quemadmodum
his scribere , sic aliis liberum est
veluti scriptis , vel non uti ; tri-
buere eis fidem & auctoritatem ,
vel

vel negare. Ex quo apparet, longe remissius accusandos esse, qui plurima emitunt, quam qui promiscue admittunt, ac pro legibus aut foliis Sibyllinis colunt; & huc maxime morbi vim incubere, huc conferri medicinam oportere: sicut laudabiliter ex parte fatum in nupero *Imperii Recessu*, an. 1654. §. Zu der maliger; verbis, bewährte Scribenten.

V I. Nondum tamen hoc efficit, ut à tot manibus excussa, quæ oportuerit, digneq; illustrata concedamus. Sed dicendum est potius, in quibusdam redundare Jurisprudentiam nostram, in quibusdam esse desertam, & inopia urgeri; & verum hic conspici illud fabulosum, *in mediis Tantulus aret aquis.* Affirmantem, certe audivi magnum virum, &

C in

in actu rerum versatissimum, in
gravissimis id materiis ac locis,
non sine dāmnoso negotiorum
impedimento, quotidie se expe-
tiri. Quin etiam honoratissimus
meus Sōcer, & monere, & osten-
dere subinde solet, plurima esse in
Jure nondum enodata: quæ lon-
ge satius sit requirere, quam pro-
tricis argumentis revocandis o-
tium terere. Præsertim verò in
publicis (testoreos, qui delibera-
tionibus & comitiis intersunt)
tantum supereft agendum, ut ni-
hil usque adhuc actum videatur;
nec materia defit fabro, sed ma-
teriæ faber: sive quod *periculosa*
plenum opus aleæ, sive quod scri-
pturos deficiunt acta publica; iis
vero, quibus copia est, scribere
vel non vacat, vel non curæ est,
vel non fas habetur. At enim ne-
gari

gari non potest , Jurisconsultorum numero contineri altissimæ eruditionis nomina : quos tanto studio nihil egisse , non est vero simile . Evidem fateor hoc , & præ me fero , & libenter talibus assurgo . Quis enim abnuat , optime de Jurisprudentia meritos Cujacios , Gothofredos , Brissonios , Pithœos , Hotomannos , Fabros ? Sed & pro tanto cultorum numero paucissimi fuerunt illi , & multo pauciores adhuc sunt : neque adeo soli complecti omnia dicendo , aut enavigare hunc Oceanum potuerunt : idemque in foro , quod studio Juris adhibuerunt praesidia philosophia & humiorum litterarum , tanquam haec sola didicissent , pro theoreticis aut criticis spernuntur : contra , quo crassior quisq; est & im-

politus magis, eo proutius recipi, suscipi, in probatis reponi, nec eruditio stare posse cum iudiciis videtur. Quæ cum non minima labes saeculi, fundiq; nostri calamitas sit, cura & determinatione sapientis legislatoris indiget.

VII. Sed ut liquidius appareat, ex qua nota sint plerique ætatis nostræ commentatores, digeremus eos in tria maxime genera; in Descriptores, Excursores, Argutatores. Omnia abjectissimi sunt Descriptores, servum pecus: quos *in Seduardo Hopperus lib. 4. tit. 8.* sic adumbrat: *qui certis quibusdam destinatisq; sententiis quasi addicti & consecrati, alii in aliorum auctoritate delitescentes, cum ipsis nihil clari videant, haud absimiles iis sunt, qui noctu aberantes, eo occurruunt, ubi plurimas*
voces

voces aliorum, aque atq; ipsi ober-
rantium, attolli audiunt; vel qui,
cum ratione non possint, clamore
vincere student. Elegantissimus
Barclajus, in Icone animorum, cap.
2. litterarum fata per saeculorum
vices revolvens, devenit ad æta-
tem, qua scientia quoddam genus,
animis & temporibus illis aptum,
in Jure Responsa Prudentum,
Imperatorumq; Rescripta, vel qua
Pontificibus placuerunt, insanis &
inconditis voluminibus ad aeternos
discentium labores augere. Pluri-
mis vero haec ratio fuit scribendi,
ut, quodcumq; argumentum sibi su-
merent, priorum auctorum de ea-
dem re verba atq; sententias, tan-
quam sua, lectoribus darent. Sic
unius sape error ceteris lubricum
fuit, quo temere laberentur; vi-
cissimq; de unius recta sententia

mutuam sapientiam multi sumebant. Quis non agnoscit in hac velut tabula saeculi nostri faciem? Nam quod idem auctor hanc caliginem ex animis hominum jam deletam gaudet, nobis aut non factum id omnino, aut redisse utique pristinæ tenebræ videntur. Sed, per Deum, quid sibi volunt centonum isti fartores, & ~~parvulus~~, ex alieno jecore sapientes? quibus religio est, tria vel quatuor verbula sine auctoritate legis alicujus, aut interpretis, chartæ imponere; & cura ingens, probare principia, reprehendente largiter *Ehemio*, *Principior. Juris l. 4. c. 4.* adde sis *Illustr. Forstner.* in *Tac. p. m. 201.* qui, ut *Socermeus*, *Disp. i. de Confrondatione*, in prefat. queritur, ex *Wesenbecio*, *Treutlero*, *Bocero*, *Hakelman-*

no,

mo, Mejero, Arumao, Gothofredo,
Antonio, & similibus antesigna-
mis, disputationes concinnant tu-
multuarias? Parcant tandem
chartæ, & lectori, & sibi: & omis-
siss, quæ habemus, afferant ea, quæ
desideramus. Non deerit, quod
agant: cum, ut Socer itidem meus
statuit, *Jurisprudentia à tot secul-
is certo careat Nomenclatore, qui
*difficultates in singulis textibus
herentes expediatur; *glossis veter-
um, item *Cornelii*, *Costalii*, *Gotho-
fredi, *Baudoza*, & aliorum, quas
Navius & Barbosa congessero, sub-
*fidiis param proficientibus.*****

VIII. Ad Excuseores venio:
*qui sua quidem afferunt, sed vel à
proposito aliena, vel certe super-
*fluentibus & saepius occursanti-
bis verbis. Quo incensu manife-
ste sunt, qui Institutionibus Juris*
C 4 ca*

ea ingerunt , quæ nec sensit illuc
Imperator , nec immista voluit ;
facis enim explicat ipse , quis illa-
rum finis sit , *L. II. §. II. C. de Vet.*
Jure Enact. adde *L. 2. §. 3. §. II.*
ibid. & D. D. Tab. Elem. Jurisprud.
parte I. th. I. Id ergo inculcant .
quod & contra ordinem est do-
ctrinæ ; & , quia rudes non intelli-
gunt , ineptum ; & aut inhu-
manum , quatenus infirmos animos
obruit multitudo ; aut ob varie-
tatem impossibile retentu ; sed &
desertores efficit ; aut saltē geni-
minat laborem ; atque diffiden-
tiā parit ; denique ad finem se-
rius perducit : quæ omnia mo-
menta latent in *§. 2. Inst. de Just. & Jure.* Sed illi nihil pensi habent ,
quid dicant , dummodo dicant .
Atque hoc est , quod significat *Sa-*
lomo , cum ait : *Stultus omnem spi-*
ritum

ritum suum educit. Iterum citandum venit mihi *Cunæus*, cuius eodem, quo diximus, loco valde plausibilis est oratio: *Reprehensus olim Albutius Rhetor est*, inquit, *quod in omni controversia dicere cuperet, non quicquid debebat dici*, sed quicquid poterat. Nobis in jure tractando non operosum molimex, aut eruditionis ostentatio, sed simplicitas sensuum fragalitasq; placet, ex qua nitor aliquis, sed haud quæsusus, exurgat. Quemadmodum in ambitu vita, si quis oculos mentemq; circumferat, plurimas occurruunt, pauca delectant, pauciora profundunt: ita in interpretis perpetus cum multa se insinuant, non omnia sunt admittenda. Subjicit deinde specimen pravi moris, & optima sententia concludit. Ac fane, si per me staret, omnibus illis

illis tam in Instituta , quam reli-
quos Juris libros verbosissimis
commentariis facile anteferrem
eruditam paraphrasin , aut notu-
las , quibus cujusque legis senten-
tia , rationes , usus , perpetua dili-
gentia perstringerentur , aut in-
dicem saltem accuratum ; con-
tractis , quæ in scriptoribus illis
maxime recta , & utilia , & geo-
metrica quadam ratione con-
gruentia . Atque utinam exoria-
tur , qui idoneis facultatibus in-
structus , tale quid vel in solidum
præstet ipse , vel partiatur labo-
rem cum similibus sui ; omnibus
que Juris expositoribus versetur
ante oculos , & museis inscriba-
tur *Ben Siræ* dictum illud : *Dies
brevis , & opus multum !*

IX. Oblitus prope sum Argu-
tatorum : qui acriore ingenio ,
quam

quam judicio , subtilia tractant
potius aut levicula, quam aliena;
& consimiles Academicis & Pyr-
thoniis, in discrimen omnia vo-
cant : coque efficiunt , ut Juris-
prudentia , res quotidiana , ut sic
loquar, pæne fiat inutilis, aut cer-
te tristibus involvatur spinis , ac
audibrium debeat vulturibus to-
gatis, Jurisq; osoribus , privato-
rumque ambitionem publica res
luat. Nusquam scilicet tam ma-
gno constat delirasse , quam in
hac ipsa disciplina : quantoq; vali-
dius extimescimus vitia , quæ æ-
dium fundamenta quatiant, quam
quæ culmen , aut impositos mu-
ros ; tanto etiam debemus illa ,
quæ pertinent ad leges: in quibus
mentem & animum & consilium
& sententiam civitatis positam
esse , Cicero pro Cluentio affirmat.

Amplissimus Socr̄ meus alicubi
 refert, agitatum in celebri Aca-
 demia problema, de gallo gallina-
 ceo Corydonis, qui dum assidue ver-
 satur in granario Amynta, alba
Damonis gallina ad ovum eniten-
dum gratas fert suppetias: at ni-
gra Lycida gallina ovo huic temere
incumbens & incubans, pullum,
excludit. Quarebatur, quis ex
 istis quatuore editi pulli dominus sit?
 Ita passim quæri videoas, Institu-
 tane præstet dicere, an Institu-
 tiones? Cæsar undenam appella-
 tus? an non ex eo, quod ex utero
 cæsus? quasi vero primus Julius
 hoc nomen gesserit, non heredi-
 tate acceperit? Justinianus an ex
 Avunculo dictus? unde vocabu-
 lum Juris? & his similia. Quæ qui
 in scholis discunt, iis necesse est
 accidere, quod declamatoribus
 olim,

olim , ut , cum in forum venerint ,
 putent se in alium terrarum or-
 bem delatos . Neq; ego , cum hæc
 reprehendo , fundamenta Juris
 & principia altius repetita , &
 quicquid theoriæ voce comple-
 tuntur nostri , sollicitare & tre-
 mefacere cogito . *Est enim ali-*
qua subtilitas , inquit rursus in in-
gressu commentationis de Jure
Cerevisario . Sacer meus , cum ad
confituendum , tum ad discendum
Jus necessaria : alia vero nimia ,
otiosa & supervacula est ; que scil.
vel in objecto , vel in modo peccat :
& reliqua . Inprimis vero etiam
huc referimus importunos illos
Aristarchos , qui , pessimo sane ex-
emplo , convellendis principiis
(ut , æquitate naturali) & investi-
gandis nævis Jus illustrant : quos
pœnis rectius , quam verbis argui

dixeris. Et hi fere sunt, in quibus se jactat scilicet Jurisprudentia. Non ab re foret, paullo liberius ire per exempla, & unum alterumve scriptum ad veritatis lucem & lancem exactius revocare: plerique enim, declinari oportere hoc vel illud vitium, pulcre sciunt; at hoc vel illud esse vitium, id vero, nisi exemplis sparsis, cæco in pullos suos amore nesciunt. Sed & longum hoc, nec instituti nostri, neque etiam sine invidia vel defunctos appellavero, vel virtutes. Deprehendet facile, qui triumphata sæculi oscitantia, iudicii vires incitare volet atque intendere. Nobis ex his ad reliqua gradum fecisse satis est.

X. Cum igitur molestum est, tanto infelicum Juris cultorum velut fluctu respuplicas inundari, tum

tum accedit aliud longe molestissimum. *Theognidis* illud fertur:
 πολλάκις τὸν γρώματα ἔχαπελῶς ἴδεται. Sæpe
animum externae decipiunt species. Nempe & bona aliquando,
 & mala fere sub diverso habitu la-
 tent. In Jurisconsultorum scena
 id fit nominibus ac titulis variis,
 obtentu publicorum munerum,
 decantatis veris pariter ac fictis
 Juris Justinianei laudibus, perce-
 pto, quem vocant, stilo curiæ, le-
 gium & auctoritatum aliarum su-
 per alias citatarum cumulo, sen-
 tentiis ac regulis ex libris subsi-
 diariis de promtis, & talibus: qui-
 bus larvam sibi quandam in-
 duunt. Nec vero cuiusvis est, in
 retrusa atq; abdita rerum, atque
 adeo Juris, penetralia & recessus,
 ut doctrina, sic judicio, se in-
 ferre.

Non

*Non semper ea sunt , quæ videntur :
decipit
Frons prima multos : rara mens
intelligit ,
Quod interiore condidit cura an-
gulo.*

Turpe autem certe , falli inanibus
simulacris ; in re forensi etiam
perniciosum : quomodo noceret ,
qui fontes publicos inficeret , cre-
pidinem melle circumlinens ; aut
qui medici specie , mortem con-
sulentibus ægris propinaret . Ari-
stoteles dixit , deterrimam esse in-
justitiam , quæ instructa armis sit .
recte quidem illud maximus au-
tor naturæ veriq. : sed tamen lon-
ge deterior ea est , quæ speciem
quandam Juris præfert . Quem-
admodum cicuta , si sola bibatur ,
meri potione , ne exitio non fit , im-
pediri potest ; sūn permista cum vi-

me

no hausta sit , nullus jam super-
est remedio locus : ita hominum
impotentia cupiditasq; , si per se
bacchetur , imperio legum frenari
potest ; sin Juris auctoritate ad-
juta in Remp. semel penetravit ,
ilicet actum est . non ipsa Salus po-
pulum servarit . desperata & pro-
fligata res est , ubi se cum venenis
remedia miscuerint . Excerpsi-
mus verba Cunei , ex memorata
sæpius Oratione . Quid , quod hac
ratione indigni , confuso justitiae
ordine , dignorum præmia occu-
pant ? quod veræ Jurisprudentiae
premium minuunt ? quod in locu-
lis clientium eo tectius & securius
grassantur ? Non frivulus proin-
de fuerit labor , auferre larvam
istis mimis , quo , agniti , facilius
caveantur ; insimulq; rectum le-
gitimæ scientiae iter in spem Reip.
suc-

succrescentibus, inter tot confusa
vestigia, aperire. Et nos quidem
aliqua, pro virium & otii modo,
hinc fortasse non aliena submini-
strabimus, prima veluti linea-
menta signasse contenti: excita-
bit autem, spero, Providentia Se-
mones, qui hæc cum stilo, tum
ipsis factis quam plenissime re-
præsentent.

XI. Ea igitur maxime intuen-
tes, quæ vel hodie controversa,
vel præ ceteris gnaviter ignoran-
tur, veri Jurisconsulti quatuor
ponimus ~~relinca~~, ut sic dicam, u-
niversalia, ad quæ referre omnia
possimus: SCIENTIAM LE-
GUM, ARTEM JURIS, VIR-
TUTEM APPLICANDI, ET
ELOCUTIONIS DECUS. Ju-
risprudentia enim, ut disciplinæ
activæ omnes, & theoriam utique
habet

Habent aliquam, & praxin. Theoria leges, quæ materia sunt hujus studii ; & tractandarum legum modum, qui formæ similitudinem habet, complectitur. Ad illam velut manu apprehendendam pertinet scientia : ad hunc certa lege gubernandum arte opus est. Porro, cum leges idcirco rogantur, ut sint actionum regulæ, componere isthæc duo, & quasi per syllogismum his illas recte applicare; denique, cum nemo sibi, sed aliis Jus dicat, conceptam inde animi sententiam verbis commode significare oportebit: in quibus Jurisconsulti virtus ac decus maxime spectatur. Et hæc sunt, ex quibus praxis surgit. Quæ quidem omnia suo & vulgi iudicio possident, quos personatos ex re appellamus : ignorant enim

enim vocabulorum horum vim ,
 & quæ inde longo velut agmine
 consequuntur ; illud unice respi-
 cientes , quod primum se objicit
 intellectui . Erit igitur nobis per-
 sonatus Jurisconsultus , qui non
 vim , sed speciem harum rerum , &
 particulam quandam tenet .
 Nunc , quoniam summatim de u-
 troq; constat , paullo fusius singula
 explanemus ; atque id , quam ma-
 xime fieri potest , evidenter , à no-
 tioribus ad minus nota , atq; adeo
 in lite posita , facto transitu : ne
 vel severe nimis , quid fieri debeat ,
 vel maligne , quid fiat , tradidisse
 videamur .

XII. Ac primum nominavi-
 mus & conjunximus theoriam &
 praxin ; jure an injuria , vel jam
 liquet , vel tum certe liquebit , cum
 de singulis utriusque partibus erit
 sermo .

sermo. Apposite interim *Bacchus Verulamius*, in *Fabre Fortune* commentatur : Legitime inquisitionis vera norma est, ut nihil inveniatur in globo materie, quod non habeat parallelum in globo crystallino, sive intellectu: hoc est, ut nihil veniat in practicam, cuius non sit etiam doctrina aliquæ & theoria. Quod in Jurisprudentia amplius demonstrat *Wilhelmus Schmuccius*, J.C. in *Dedicatione premissa Indici Labitti*, verissime inter cetera judicans: *Nisi proficiscatur actus à certis artis sue praeceptis, fieri nequit, quin aut scopo prorsus aberretur, aut, si tandem aliquando is feriatur, illud tñxymagis, quam tñxym, usu venisse dicendum sit.* Singillatim vero contemplationis in decurrendo Juris spa-

spatio necessitatem docuit laudatus Socer, *in præloquio tractatus de Jure Cerevisiario.* In primis enim theoria indignius se haberi queritur. Quod quidem est, quasi tu dicas, maximam ædibus ad fastigium perducendis adhibendam esse curam, fundamentis vero collocandis nullam aut exiguum; vel nequaquam per portam ac vestibulum, sed per partem intrandum esse penetrale. Quare ut praxis Juris propter usus vitæ, sic theoria propter ipsam praxin opere summo est expectanda: & ut illa ex eo laudatur, quod rationem finis obtinet, in quo est perfectio rei; ita hæc, quod initium est & caput, quod *cajusq. rei potissima pars* vocatur *Caja*, aliis dimidium facti, & plus toto dicitur: uero illa finis hac im-

per-

perfecta , ita hæc sine illa etiam
viciosa & læsura ; cum foras spe-
ctet , ac per negotia humana se
effundat , à quibus se removet il-
la : eoq; omni vi , consilio , aucto-
ritate providendum , ut hæc duo ,
inter se tam arcto foedere copu-
lata , ex pari coëant , & theoria , si
non majore , certe non minore ,
nisi & impendio temporis , quam
praxis , à devota Themidi pube-
colatur . Hæc cum ita sint , de-
prehenduntur tamen , qui non
segniter utrumque oppugnant ,
sætem ex occulto , infectando ,
laudâ dove frigidius , ipsisq; actio-
nibus ; dum vel negligunt , vel
certe non tantum , quantum satis
est , detenti voluptate , aut nimia
festinatione , inde hauriunt . In
quo male convenit Academicis
& Pragmaticis . Illorum enim
multi

multi nec usum habent rerum,
nec crebris selectisq; progymna-
smatis forensibus transferre jus ad
facta monstrant : horum pauci
solidum juris omnis intellectum
& nusquam hærentem continen-
tiam ex schola ad Remp. cape-
fendam afferunt : sicut mox iti-
dem cognoscetur. Jam vero cu-
jus ominis aut gloriæ sit, canthe-
rius in porta, id est, circa ipsa ini-
tia doctrinæ offendit, me pruden-
tiores dicant.

XIII. Ostendimus autem su-
pra , bipartitam rationem esse
theoriæ, artem & SCIENTIAM.
Ac sciri quidem leges à Juriscon-
sulto oportere, cum dicitur , pro-
batur. Nimis enim ridiculum
fuerit ἀνηρέξυλος, Jurisperitus le-
gum nescius. Nam & à quolibet
cive hoc exigitur, ut sciat : adeo
ut

ut in lucro nec feminis jus ignorantis subveniri soleat, L. II. C. de Legibus. Et proinde necessarium magis Jureconsulto hoc est, quam proprium. Quare ulterius progredimur. Nimirum non quævis scientiæ particula, quia doctiorem, ideo Jurisconsultum statim efficit: cum scientia sit aliquid totum, & in se perfectum, & quodammodo individuum; cui ipsi quoque congruat Aristotelianum ἀξιωμα: *Essentia rerum se habent ut numeri.* Sicuti medicus non putatur, qui vel solam Diæticen, vel Pharmaceuticen, aut Chirurgicen calleat. Jurisperitus igitur, si verum amamus, absolute dici nequit, qui vel in una specie, vel parte generali, immo etiam capite juris, imperitus offenditur. In quo postremo separata

D.

est

est Jurisprudentiae ratio, & ab aliis artibus secreta. Nihil enim obest medico, nihil physico aut mathematico, aliquanescire: nam & angustum est humanum ingenium, & res, in quibus animus illi occupant, infinitae ac reconditae: jus vero finitum, nec in puto latet, sed in publico omnibus lucet. Quapropter non omnibus modo tenendum est, sed & omne: adeoq; Jurisconsultus, et iamsi promptissimam habuerit cunctarum legum memoriam, nihil praestiterit à vulgaris civis officio diversum. Cur ergo scio, reperiri multos, qui, cum magnifico isto nomine appellari se gaudeant, Corpus Juris Civilis, quod *Justitia Romana templum*, vocat Imperator, nunquam tecum perlegerint? qui in docendo satis

satis habeant , extantiores Digestorum & Codicis leges verbose exposuisse? aut de omnibus quidem, vix tacto interim verborum textu , summatim ac pro arbitrio declamavisse ? aut qui plane à legum fonte ad juniorum Doctorum rivulos , an laeunas, misericordum juvenum sitim deducere non vereantur ? Postremo à plurimis abesse plurimarum legum scientiam (non agimus jam de inexplicabilibus istis ; neque etiam de exoletis , sed receptis in usum , & patriis maxime , loquimur) vel hoc patet argumento , quod Jurisconsulti nostri passim ipsi legibus se mutuo conficiunt & confutant : ut hanc ipsam ignorantiam , non ultimam tot dissensiorum caussam arbitrer . Nimis vastum esse corpus illud legum in-

quies. Sane quidem : at non certe carens fine. Quod ostendunt illi , qui notis aut commentariis universum aut parte maxima percurrerunt. Et quanto plura interim sunt, quæ alias legimus, immo & quæ ipsi scribimus ? Quod si daretur huic labori tempus , quod minore multo necessitate, ac propemodum absurde & temere , interpretibus invigilando absumitur ; jam victa esset horribilis illa difficultas , nec horum auctoritas jus civile premeret. Ex quo apparet , ignaviæ hunc color emesse , non infirmitatis præsidium. Atqui idem jus multis partibus extabuit & consenuit. Sic ita : concedamus præterea ad tempus , nullum esse omnino his talibus usum ac utilitatem. At hæc ipsa quis judicabit , nisi qui legerit ?

gerit? An sufficiet, quæso, fortuna & vaga legum ab aliis citaturum per partes inspectio? Quamdiu igitur non erit, qui Justiniani laborem, juxta consilium quorundam, quod ad Jus Canonicum producit *Thomas Campanella*, ad modum redegerit, & mortua velut ac emerita membra ferro succiderit (quod opus laudari non potest, nisi perfectum) aut certis notis vigentia usu à desuetis se posuerit; tamdiu hæc cum illis habenda & legenda erit. Non igitur & hoc ridiculum est cum maxime, nescire Jurisconsultum, nisi librum ipse prius consulat, quid circa hoc aut illud negotium, quo de queritur, aut queri potest, sacratæ leges sanciant, vel non sanciant? Et quid si libri non erit copia? quid si dixerint, ut

D 3

fit,

fit, inter ipsam actionem nascatur
questio? libera ad descendum,
mora nulla sit? Quis tum ferat re-
sponsantem, scire se non oportet?
Quod autem facere oportet,
nescire, opinor, dedecet. Turpe
enfusas oranti, jus, in quo versatur,
ignorare.

XIV. Leve est, quod accusa.
Dantur, qui longeturpius in ge-
neralibus Juris partibus deficiant.
Quod Jus, ut vel ex *Institutis no-*
mism, constat scripto, vel sine scri-
pto; *Fabius inscriptum* nominat.
Scripti genera sunt, Civile & Na-
turale. Quorum vim non asse-
quitur *Theophilus*, in paraphra-
tit. de J. N. G. & C. S. signatus.
Quid agis? dicet mihi aliquis: na-
turale jus accenses scripto? Ego
vero haud ignoro, non tam inco-
dicibus, quam cordibus homi-
num

num & ratione ipsa, jus hoc Dei
 dico primus esse prescriptum.
 At postquam singulari naminis
 bonitate (de quo latius Theologi
 & Melanchthon ad lib. 5. Ethicor.
 Aristotelis) & in Decalogum
 (quem psalterium decem chorda-
 sum, & triacum septem vocat
 Augustinus) regestum, & à Salva-
 torc, interprete maxime authen-
 tico, luculente explicatum, totis
 que adeo sacris litteris absolutissi-
 me comprehensum, & à veneran-
 dis Ecclesiæ Patribus diffusum,
 ad Orbis Christiani cultum patet,
 quamvis non omnes viri docti e-
 jus rei memores satis videantur;
 magna ratio est, quæ me jus na-
 turæ scripto juri apponere, nec
 ab humana ratioeinatione am-
 plius repetere jubet. Sed quare,
 quidyc commeritum jus gen-
 D. 4 tium,

tiū, in hac recensione est omis-
sum? Non hīc ego *Aristotelis*, non
aliorum ex veteribus utar aucto-
ritate, quibus ἀχοταύτη hæc placuit:
ipſa me ratio defendat, volo. Ius
ergo gentium vel erit illud, quod
auctore Deo per rectam rationem
gentibus stricte servandum pra-
cipitur; vel quod à Deo non pra-
ceptum, ab hominibus libere sus-
cipitur, nec genti cum gente in-
tercedit, aut unam alteri obſtri-
ctam tenet, sed propria cuiusque
coetus auctoritas nititur, & usibus
deservit; vel quod populis, com-
muni velut conſpiratione & con-
ſensu, universitatis bono placet,
ipſosq; inter ſe mutua fide conti-
nent ac respicie. Primi generis, ut
ſic dicam, oſtium non obſcure,
niſi opertis aut connivencibus o-
culis rem inspicias, erumpit in
Ocea-

Oceanum juris naturæ : cuius vis
in eo est , ut habeat auctorem ,
Deum , ut insit rationi , ut præce-
pto obliget ; parum proficiente
ad diversum juris genus consti-
tuendum discrimine principio-
rum naturæ , & conclusionum ;
quos gradus rectius appellaveris.
Nam illud quidem , *Quod natura
omnia animalia docuit* , instin-
ctus certe naturalis est descriptio ,
non legis ; eodemq; pertinent ,
quaæ ab eodem *Ulpiano* subtexun-
tur exempla. Ideoq; nonnulli Ju-
risconsulti ab hac definitione re-
cesserunt , ut *Althusius* , *Jurisprud.*
Rom. lib. I. cap. I. qui tamen , cum
justitiam brutis adimat , fortitu-
dinem , prudentiam , castitatem
largitur , nimis benigne ; ut *Hoto-*
mannus in Partitionibus Juris Civ.
in quo loco dextre sunt accipien-
D s da

da vindicationis exempla ; ut
Melskier Kling, *Enarrat. Instit.*
lib. 1. tit. 1. ut deniq; Canonistæ.
Infirmum est , quicquid simpli-
cissimæ huic sententiæ defugien-
dæ quæritur. Neq; ego prohibeo,
jus naturæ appellari gentium ,
quatenus hæc utuntur illo ; sicuti
idem jus respectu præscribentis
divinum , respectu utentium hu-
manum potest dici : modo con-
stet , hæc ita nomine discrepan-
tia, reipsa esse eadæ ; atque adeo
pro παγαλλισμῷ habendam fere
formulam loquendi publicam ,
quæ jus naturæ & gentium con-
jungit. Secundum genus in fre-
cum juris civilis se exonerat: quod ,
quia idem sæpe diversis gentibus
probatur , & alteri ab altera velat
per manus traditur , fallit identi-
dem juris gentium facie; cum jus

gen-

gentium non sit , sed rectius dica-
 tur jus civile plurium gentium : ut
 feudorum exemplo intelligitur ;
 quo & referimus servitutes bello
 captorum , duce *Aristotele* , & ,
 quem nos modo dedimus , juris
 hujus ^{tunc} seu descriptione . Ter-
 tium , si bene consideres , cum de-
 stituatur summæ potestatis mo-
 deramine , quam scilicet gentes
 uniuersim acceptæ præter Deum ,
 naturalis juris auctorem , agno-
 scunt nullam , ad pacta tacita re-
 dit ; qualia sunt , jura legationum ,
 exclusum bellis toxicum , & id ge-
 nus alia : atque adeo jus est qui-
 dem , & obligat , non ut lex ta-
 men , sed ut pactum : utroq; enim
 modo juris vox accipitur . Subla-
 ta igitur æquivatione , plene
 jam apparent , duplicem juris pro-
 lege accepti , si velis *æneboles* ,

esse rationem, civile & naturale.
Nec tamen in magno ponimus
discrimine, hoccine modo, an-
cum *rubrica Institutionum* tripli-
citer partiri velis. Nam & liberi
hæc judicii, non præscripti juris:
& scimus, crassius interdum lo-
qui, præsertim in aliunde arcessi-
tis (quale est hoc, quod totum ad
Philosophos pertinet, indeq; pe-
tere oportet) non esse statim in-
decorum. Illud visum est adjice-
re, rem humano generi peruti-
lem præstiturum, qui pacta hæc
gentium universalia, quorum
multa attigit *Grotius*, celebri ope-
re *de Jure Belli & Pacis*, ex histo-
ria & usu observata, judicio discre-
ta, ductâ per seriem ac momenta
temporum annotatione & pru-
denti disputacione aucta, in opu-
scu-

sculum singulare collegerit. Sed
haec est tragödy.

X V. Jus civile, quod & ~~tonix~~,
& ~~gei~~ predicitur, intelligimus il-
lad, quod cives, ut tales, ample-
ctuntur: quo, parte qualibet uni-
verso suo congruente, effiat inde
salutaris Reip. harmonia. De cu-
jus origine ex Philosophia civilis
alias dissertavimus. Ex qua cum
satis appareat ejus necessitas, in-
sensati merito habentur, & re-
sponsione indigni, qui jus æqui-
tatemq; naturalem & experien-
tiā sufficere credunt continen-
dis civitatibus; aut ex pristine
barbarie ~~χειροδίκαιον~~ revocant; aut,
cum jus ipsum nequeant, sancto-
res ejus & compilatores libenter
vellicant atque infamant. In eo
autem positum est jus civile, quod
flexis oculis ad honestatem, &
D 7 **uti-**

(O)

utilitatem certi alicujus ceteris, tam communem, quam propriam, jubet aut prohibet, quae nec prohibet, nec iubet natura, sed suadet tantum, aut plane in medio relinquit. Exemplo monopolii hoc te docebit *H. Grotius, de J. B. lib. 2. cap. 2. §. 24. & cap. 12. §. 16.* Interdum, propius ad hanc accedens, imperia ejus determinat ac compleat: dum (exempli gratia) furtis adjicit poenam, cultui numinis tempus & locum. Aliquando legem naturae veluti suam facit integratque, nova ad humanos animos applicatione facta, quod jus mixtum quidam vocant: enanet interim substantiam suam naturalis & diversa. Sicut aurum non ideo fit gemma, quod inseritur sapphirus. Quae cum inexpugnabiles sint ve-

rita-

scitatis, in tenebris palpant primo, qui jus civile progerminare ex principiis juris naturalis autu-mant, ut in syllogismo ex pri-mis propositionibus collectio-nem. Etenim si jus civile ef-floresceret ex naturali, & adeo huic continuaretur, non faceret diversum genus juris, non magis quam jus gentium: ab illo enim postulatur, ut proprio stet princi-pio, nec regatur ab alio jure, sed sit ipsa regula. Deinde ex his, qui jus illud divinum latius regnans, universalius, gravius, vetustius, immutabile, intrinsece bonum, eoq; παντεχεῖ τὸν θεόν θραυσμόν, εἴ τοι δοκεῖν εἰ μή, quod vere dixeris αὐθεντικόν; cum hoc humano, an-gustiore, ad singularia & minuta descendente, juniore, nec abso-lute bono, quod idco à principio indiffe-

indifferens, & mox variabile, si-
ne more confundunt; & prius il-
lud, tanquam in sua regia & se-
de, in hoc inferiore requirunt, ac
præfertim eo, quod ab ethnicis ad
nos obscurius aut corruptius per-
venit; oblivione scilicet illius,
quod inter alios *Lactantius ha-*
bet, lib. 5. cap. 15. Justitia origo in
religione, ratio in aequitate est.
Denique, qui in expositione Juris
nostrri non discernunt perite, nec
diligenter ubiq; ostendunt, quid
civile sit, quid naturale, & unde
hujus interpretatio sit capienda:
quod si quis faciet, *erit mihi ma-*
gnus Apollo. Quoniam igitur cie-
ca ipsa Juris Civilis principia im-
pingi diximus, tentemus de iis-
dem cognitionis principiis ali-
quid solidius meditari. Et pri-
mum aliud sunt principia Juris,

ut hoc artem notat, sive Jurisprudentiam; alia, ut objectum artis, sive leges. Illa (de quibus postea) proprie pertinent ad consultum juris: haec à prudentia legislatrice assumuntur. Sed & hoc loco discriminanda veniunt principia historica, ut sic appellemus, tum communia, quæ initio hujus periodicitatis, tum hujus aut illius juris, ut Romani, quæ memorat *Tacitus*, *Annal.* 3. cap. 26. & *Pomponius*, *L. 2. D. de O.* f. à principiis philosophicis, quæ sunt hujus loci: ne dicam nunc de eo, quod omnis doctrina generalis, principiorum Juris appellatione laxiori, interdum demonstratur. Ac remotius quidem Juris civilis principium, ex quo penderet ejus auctoritas, venit ex jure naturali, quod instituit imperium civile; juxta

juxta illud, *Non est potestas, nisi a Deo.* Unde talis exit demonstratio: Quod imperans jubet, est faciendum: at jubet hoc aut illud evitari vel appeti: appetendum est igitur, aut fugiendum. Proximum vero principium aut est juris civilis, ut est tale; aut ut hoc vel illud sancit: veluti si quæras, quonam fonte cadat constitutio, de dividenda inter patruelles hereditate in capita, *R. J. Spirens.* an. 1529. *J.* Itena als bishher. Illud generale intelligitur & unum, eoq; facile discitur: hoc, pro capitulo juris numero, multiplex. Generale est, bonum civitatis: in quod leges civiles omnes ultimo resolvuntur. Ideo *Lattantius Firmianus, Divin. Instit.* lib. 6. cap. 9. de his ait: *quas non astig justitia, sed utilitas repperit:*

617

cur enim per universos populos diversa & varia jura sunt condita, nisi quod unaquaeque gens id sibi sanxit, quod putavit rebus suis utile? Nimirum quamvis haec vel illares, quae lege comprehenditur, insistat aequitati; tamen hoc ipsum, quod indefinitam illam rem relinquere noluit legislator, sed sanctionis ei vim accommodavit, ad ~~ad~~ cuiusque pertinet. Sic ergo juris naturalis principium & fundamentum est, convenientia cum natura rationali & sociali; ita civilis, convenientia cum natura & rationibus civitatis: quam quae respectant leges, civiliter sunt justae; & rectum, quod secundum illas geritur. Est enim justitiae ratio posita omnis in proportione. Sed praeter hanc communem causam, pura curam

præ-

præcavendarum distinctionum,
(quod respicientes fortasse prisci,
Themidi, filias dederunt, Ire-
nen, Eunomiam, Dicen, vocave-
runtq; Horas, teste *Apollodoro, Bi-
bliotheca lib. 1.*) aliis fere magis ex-
pressis legislator, ut sic, non ali-
ter statuat, permovetur: quæ
non necessariæ quidem (has enim
ad jus naturæ relegavimus) sed
probabiles. Omnis itaque civilis
juris fontem & principium ma-
xime proprium judicamus, Pro-
babilitatem. Quæ vel æquitatis
certe est, ut in specificatione,
quam vocant; in qua parum in-
terest Reip. uter ex duobus liti-
gantibus rem ferat: vel utilitatis,
ut in lege, de non transcenden-
dis muris civitatis: vel utriusque,
veluti jura, quæ plus favent ma-
sculis: præter enim familiarum,

decus

decus ac perennitatem recordantur dignitatem sexus. Sed interdum prægravat æquitas, ut in jure ~~equi~~, quo socii venditoris retrahunt; interdum utilitas, ut iam dicta masculorum prærogativa; adeo ut lex prorsus iniqua sepe videatur: unde *Quinctilianus f. O. lib. 3. cap. 6.* Est aliquid equum, sed prohibitum jure; ut libertas testamentorum: & ad hoc requiritur ab *Ulpiano*, ut utilitas sit evidens, *L.2. D. de Constit. Princ.* Incidit quoque aliquando, ut plures, etiam in una legis particula, concurrant æquitatis vel utilitatis rationes; quarum tamen potior sit, quæ præcipue conditorem moverit, ceteris ex diligente rei inspectione demum emergentibus. Quibus ita constitutis apparet, caute accipi debere, quod vir

vir magnus tradit, in nulla Rep.
leges condi, quoniam ita jubeat
naturalis aquitas: eoz illam non
esse legum civilium principium &
causam. Innumera sunt Juris lo-
ca, quæ & æqui bonique mentio-
mem faciant, & quandam incul-
cent *aquitatem civilem*. Et qui-
dem ultra hæc principia non
ascendit juris civilis prudentia,
aut cum ascendit, limites suos mi-
grat: doctrinæ moralis & civilis
est, illa demonstrare; Jurispru-
dentiæ particularis, tantum pone-
re. Et hæc obiter de juris civilis
indole: quod non satis recte eam
à plerisque adumbrari videba-
mus.

XVI. Dispescimus autem jus
civile, quo nos utimur (nam alio-
qui tot sunt ejus varietates, quot
Respublicæ) in Patrium & Roma-
num.

num. Sed ut patria nobis duplex,
 alia communis , unser geliebtes
 Vaterland Teutischer Nation ; a-
 lia propria , puta Respublica , cui
 quisque est adscriptus : ita & jus
 nostrum scinditur in Constitu-
 tiones Imperii , & Statuta Ordi-
 num. Ex illis ad principia & pro-
 gressus Juris Germanici perno-
 scendos ac prudentiam compa-
 randam faciunt etiam , quæ in usu
 esse desierunt ; unde publici juris
 illas fieri , quæ nondum factæ la-
 titant , optamus : attamen , ut si-
 mus liberales , condonabimus eas
 Jurisconsulto Germano , requisi-
 tantium illis , quas hodieq; Im-
 perium pro Palladio suo colit &
 observat. Sed & hic hæremus ,
 hic deficimus. Jus Romanum ,
 quod Justinianus olim in Thra-
 cia protulit , multi satis egregie
 (in

(in quo & merito laudantur) sunt
edocti : qui iidem , cum in media
nati sint Germania , Recessus Im-
perii, ceterasque pragmaticas san-
ctiones vix semel in vita conspe-
xerunt. Num quæ cathedræ actis
publicis instructâ explicantium
voce resonant ? num pari religio-
ne & industria tractantur cum
Orientalibus , quæ debita patriæ
& Solonibus ejus veneratio pri-
mo loco reposuit ? Non hæc quo-
dammodo est ingratitudo , ob-
scurari & gradu suo demoveri
nostrum Jus ab eo , quod vires
suas & auctoritatem illi unice ac-
ceptam refert ? Quare & hæc re-
medium publicum & strenuum
efflagitant. Quod ad Jus Statu-
tarium pertinet, monuit jam Cl.
Conringius, de Orig. Juris Germ.
cap. 34. non abrefuturum, si quæ-
libet.

libet civitas omnia, quæ in usu sunt, in utilibus resectis, singulari libello curet comprehendendi. Id quod nos quoque, vel propter novitios advocatos, procuratores, aliosq; usibus Reip. præparandos, & quamiam proficit ad ordinem ac decorum, omnino fieri oportere censemus; saltem manuscripto, aut quatenus Reip. rationes ferrunt. Experientia enim lubrica, difficilis, tarda, ad quam non cuilibet est aditus. Sed ut in sanctionibus Imperii, ita & hic neque inutile plane sit, nec injucundum, notare sibi ea quoque, quæ olim tenuerunt: recte enim veterum nonnemo sensit, *Nihil in studiis esse parvum.* Hactenus de jure patrio.

XVII. Succenturiatum huic Romanum: cujus tanta post Mo- E sai-

saicum est Europa, tanta præ ceteris
 subtilitas, æquitas & ubertas,
 ut extinto etiam vetere Imperio,
 per tot gentes liberas restagna-
 verit: atque adeo magis certe ad
 nos quodammodo pertinet, pen-
 nes quos & reliquæ sunt Imperii
 Romani, & ~~Ægyptia~~, quam vel At-
 ticum, vel Spartanum, vel quod-
 vis alterum. Sed quid attinet hæc
 disputare, cum receptum esse fo-
 ro, dubitari nequeat! quod qua
 lege & conditione factum sit, ex-
 plicat *Discursus de Necessitate Iusti*,
 §. 58. An autem, quod magni no-
 minis viro placuisse video, Ordini-
 bus singulis abdicare se iterum
 sic recepto, præsertim si de toto
 accipias, integrum sit, nondum
 liquido perspicere potui. Nam
 & in *Recessu Spir.* 1529. citatur Jus
 Commune Cæsareum, tanquam
 nor-

norma, & in Reform. guter Policey
 zu Augsp. 1530. tit. vom Gotts-
 lästern: at hæc universorum pla-
 cita tolli posse à singulis ad arbit-
 rium, du-rum est credere. In Re-
 cessu vero Wormat. dean. 1495.
 Justinianus appellatus à Maximi-
 liano , unser Vorfahr am Reich;
 (idemque indignatur una cum
 Electoribus , Principibus & Stati-
 bus, daß dßch genanten unsers Vor-
 fahren (ut ipsa verba habent) Sa-
 hung / Ermahnung / Gebot und
 Pön / jetzt leider in Vergessenheit
 und Verachtung von vielen Men-
 schen überfahren worden. Ex qui-
 bus quid consequatur , nemo non
 videt. Quin immo hoc ipso, quod
 vocatur dß Reichs gemeine Recht ;
 & Arcopago Spirensi intuendum
 proponitur , secundum ea , quæ
 laudatus vir adducit, communi se

voluntate adstringere Ordines
juri huic videntur. Nisi malint
ea, quæ contra Jus Romanum,
statuto aliquo aut consuetudine
non suffragante, in foris ipsorum
definita, ad Imperii commune
tribunal, quod est apud Nemetes,
à succumbentibus revocantur,
ibidem everti, rem judiciariam
confundi, novam in Imperii ha-
bitum discrepantiam conferri.
Supersunt tria, quæ hoc loco mo-
neamus. Primum, quod nonnul-
li videntur oblii, Jus Civile Ro-
manorum, & tale, & Jurispruden-
tiam Romanam esse particula-
rem, similesq; adeo sortiri effe-
ctus, illud in obligando, hanc in
instituendo: dari vero, ut Jus, ita
Jurisprudentiam quandam Uni-
versalem, nulli affixam loco, nul-
lis finibus circumseptam; quæ de-
scri-

scripta exhibetur §. 1. *J. de J.* &
J. juncto §. 2. tit. eod. quam ad u-
sus civiles & Juridicos eximie tra-
didit *opāru Grotius*, sub *Juris Belli-*
ci involucro. Idem tamen vir e-
ruditissimus, in libro, quem ado-
lescentior composuerat, *de Jure*
S. P. circa Sacra; cap. 1. §. 9. descri-
bi loco illo ab *Ulpiano* certet *Ju-*
risprudentiam, non illam foren-
sem, quae est inter artes ancillantes,
sed iuveniles, quae forensi Jurispru-
dentiæ aliisq; artibus imperat. No-
vialios viros doctos, qui non lon-
ge hinc vestigia detorquere vi-
deantur. Sed & huic sententia
accedere timeo. Jurispruden-
tiam enim accipi de prudentia ju-
ris lati, non ferendi, cuius vera,
ut sic dicam, civitas est Politica;
& Jurisconsultum de interprete,
non auctore legum; tum loquen-
E 3 dima-

di magister usus , tum confusio-
nis devitandæ ratio jubent. Alté-
rum , quod mentē subiit , hoc est.
Neminem præterit , contineri le-
gum Justiniane o corpore multa
quæ leges proprie non sint , sed
Φιλοσοφία , neque ad actus vitæ
moderandos spectent , sed ad con-
stituendam juris artem ; ut , defi-
nitiones , divisiones , disputatio-
nes & narrationes variæ : quæ
nonnulli eadem veneratione sus-
cipiunt , qua leges ipsas , quamvis
& hæ ejusdem non sint valoris ,
neculla ratione discentire sibi fas
arbitrantur. Quod si concesserim-
us , tyrannum efficiemus Impe-
ratorem. Primo enim constat ,
non cadere sub rationem legis in-
ternos mentis actus , nec judicium
posse cogi : cum nec cognosci ,
judicari , vindicari ab homine ista
possint.

possint. Deinde, cuius invidiae esset, illis nos unice alligare, quæ Justinianei Antecessores infelici fane sæculo utcunque viderunt & congeserunt; iisdemq; omnem juris artem terminare, prædamnato quamlibet meliore cultu, & feliciorum ingeniorum imperium velle sistere ac frangere? Quare ut immodestus ac temerarius dissensus plane & nobis displicet; ita interim constare debet libertas sentiendi, quid velis: nec confundendæ legislatoris partes cum officio philosophi: utq; non obsequendus, qui principiis practicis contraria præcipit; ita nec audiendus, qui in speculabilibus à rectæ rationis orbita humanitus enerrat; cum ad divinam constitutionem utraque pari gradu referantur, eodem loco sit veritas &

honestas. Ad ultimum submo-
nemus, cum Jus Romanum lin-
gua Latiali sit conscriptum, du-
bitari posse, an litterarum exper-
tes obliget? an recte judicet ac da-
mnet? Nihil certe videtur dictu-
mirabilius. Omne enim jus eate-
nus obligat, qua intelligitur: nec
lex habetur, nisi promulgata;
nec promulgata, nisi ad notitiam
hominum sufficienter, atq; adeo
linguae vernaculæ remigio, de-
ducta. Caligulæ criminis datur,
quod leges minutissimis litteris
perscriptas angustissimo propo-
fuerit loco, ne possent legi. Quan-
tum interest, minutis an peregri-
nis lex sit scripta litteris? Notabi-
lis profecto incuria tum nescien-
tium jus, quo vivunt, tum volun-
tatem suam sciri ab omnibus non
desiderantium; nec facientium

im

in foro , quod in ecclesia nonnulli faciendum sibi putaverunt. Allegabis ignorantes ad Jurisconsultos, ex L. 9. §. 3. D. de jur. & facti ignor. ut , cui facile sit scire , ei detimento sit juris ignorantia . Sed primum ad omnes omnis generis leges hoc posset trahi. Et quid si deerit , quem consulas ? quid si temporis aut loci ratio hoc non ferat ? quid si pro consilio argentum ille experat , quo peræque indigeas ? quid si compendii sui causa , aut per ignorantiam , te fefellerit , aut diversum ab aliis senserit ? alterius consilio standum & cadendum tibi erit , alterius oculis videndum misero , & sequendum ignorant & invito , quo trahet consultor ? Deniq; Jurisconsulti officium in eo magis positum videtur , ut jus ambi-

E s guum

guum explanet, quam ut certum
subjiciat: & melius certe esse, lin-
gua patria concipi leges, omnium
gentium testatur consensus".
Quamobrem existimo, sapienter
utique facturam, quæcunq; Res-
publica Statutis suis adjecerit aut
inseruerit, in vernaculam perspi-
cue conversa, si non omnia saltem
præcipua Romani Juris capita;
prætermissis scilicet, quæ vel ob-
scura pro non scriptis sunt, vel sa-
pius & verbosius enuntiata, ut
pleraque in Novellis, vel ratione
& tempore commutata, aut sal-
tem non perinde frequentia, vel
naturâ nota, vel ad Jurisconsulei
magis, quam vulgi cognitionem
pertinentia, de quibus modo re-
tulimus. Non erit spatisum,
quod hoc pacto exurget opus: &
ex parte id factum alicubi videre
est.

XVIII.

XVIII. Accidit autem, ingenio vel hominum, vel rerum, ut non omnia possint legibus comprehendendi; notante etiam *Juliano*, *L. 10. & 12. D. de LL.* immo nec debeant, *L. 3. 4. 5. & 6. d. t.* Placuit enim Justiniano, unam hanc rem pluribus legibus eloqui. Adeo praeclaram Philosophi disputationem, *Nicomach. L. 5. c. 10.* & nota in primis illud: τὸ ἐπιεικὲς, οὐκανον μέρη εἰσιν, καὶ τὸ καλὰ τὸν νόμον στένει. Exemplo sint Novellæ, supplementum Codicis & Pandectarum: & in Imperio novæ quotidie produntur constitutiones. Quin etiam *leges quasdam civiles esse plane injustas*, ait & exemplis probat *Grot. de J. B. 2, 7, 1. & in Not. item 2, 21, 13. & 3, 10, 2.* Tales vero, ob defectum potestatis ferendi, æquiparantur nullis.

Quæritur ergo, quod oraculum,
civili jure silentie, vel etiam infir-
mo, ut si cum populo vel Rep. li-
bera disceptandum habeas, quæ
jus nostræ civitatis ne flocci qui-
dem faciat, adeundum sit? Non
dubie jus, & scriptum, & primo
obligans, & utrique ambigentium
communes si quod superest, an
referre decebit ei, quod non scri-
ptum, aut vim juris plane non ac-
cepit, saltem apud alterutram par-
tium, aut non nisi per illud obli-
gat. Superesse vero tale nobis jus,
affirmat Imperator, *S. I. J. de J.*
N. G. & C. Omnes populi, inquit, qui
legibus aut moribus reguntur, par-
tim suo proprio, partim communis
omnium hominum jure utuntur.
Id quod mox applicat Romanis.
Necessaria est igitur viro Juris-
consulto, quod vel infans intelli-

gat,

gat, scientia juris naturalis præceptivi; non quidem, ut refertur ad actionem, aut supernaturalem hominis finem, (quo modo vindicant illam Philosophi & Theologici) sed ut judicia & controversiarum definitiones ingreditur. Hoc veteres significare voluerunt, cum Themistixerunt Cœli filiam. Præclare scriptor *Discursus, de Necessitate Ceti, §. 34.* Et igitur juxta sententiam Philosophorum, Theologorum, & Citorum sic constituto hoc, quod *Jus Naturale*, seu generis humani commune, & imperio dictatis Numinis Sanctissimi pendeat; consecaria habemus manifesta, tum de obligatione humana ad illud jus, tum de officio *Ceti Reip. oppido* quam necessario. Addi mereantur, quæ ex Seldenio subjicit. Quibus autem præsidiis

hoc præsidium liceat consequi , &
unde sit petendum , indicat Sira-
cides , cap . 39 . commate 1 . hisce ver-
bis : *Qui animum suum eo appli-
cuit , ut discat legem Dei , necesse
est , ut sapientiam antiquorum
scriptorum exquirat , & in lectio-
ne Prophetarum versetur . Quin
etiam facta & victa hominum ce-
lebrium litteris consignata dili-
genter observare , & quid sibi ve-
lint , expendere debet . Necesse est ,
ut obscuriora , sed tamen pie dicta ,
& parabolas sacras investiget ,
scrutetur , & veram sententiam
inveniat . In medio magnatum
hic ministrabit , & in conspectu
præsidis apparebit . Et in terram
alienigenarum gentium pertrans-
ibit : bona enim & mala in omni-
bus tentabit . Omnino etiam fa-
tendum est , magnam juris natu-
ralis*

ralis partem in Romano itera-
tam, & feliciter saepe explicatam
reperiri : nec parum his divinæ
sapientiæ velut gemmulis huma-
num illud jus internitet , immo
gloria ejus pæne omnis inde sur-
git : atque hoc demum intuitu ve-
re dicitur Jurisprudentia , *justi in-*
justiæ scientia. Sed nec omnia na-
turæ dictata rebus publicis ac-
commendant legislatores , nec
complecti valent, nec perspicere ,
præsertim ethnici. Quare si quid
hic desiderabit germanæ Juris-
prudentiæ studiosus, in primisque
disciplinam ipsam & orbem juris
naturalis, ipsa principia & funda-
menta ; ex lacteo philosophiæ
moralis , Christianæ præsertim ,
fonte , cuius ab antiquo hæc fuit
possessio , à Scholasticis saepe non
pessimè deducto , hauriat : hæc
enim,

enim, ut vel Melanchthon, in Epis-
tome philosophia moralis, cum ali-
bi passim, tum in principio docet,
est explicatio legis naturae, demon-
straciones ordine in artibus visita-
to colligens, quantum ratio judica-
re potest: quarum conclusiones sunt
definitiones virtutum, seu prece-
pta de regenda disciplina in omni-
bus hominibus, congruentia cum
Decalogo, quatenus de externa di-
sciplina concionatur: ad hanc à le-
gibus XII. tabularum & Edicto
Prætorio M. Tullius lib. 1. de Leg.
pæne toto, vocat. Sicut enim me-
dicus futurus, eo quod scripta me-
diorum ex physicis plurima tra-
hunt, non fugitat prorsus physi-
corum pulpita, sed eo studiosius
accedit; quo præcepta medico-
rum, quæ illorum magisterio ca-
ser non posse vel hinc intelligit,

do-

docilior audiat , atque his prorsum deficientibus, ex illis ipse sibi præcipiat : ita legum studiosus non statim artificem in ea arte scredet , ex qua in legibus suis ascita aliqua forte repererit. Hoc autem an fieri solitum sit hactenus, non ausim dicere. Occurrunt certe, qui non tam negligant studium hoc, aut saltem perfunctorie tractent , Ethico forte sistente, aut etiam *Grotio*, cuius præsentior est usus , & generosior eruditio, cursim perfecto, quam quod non sine horrore ac mœore quodam animi in quorundam scriptis animadverti, contemtim de eo sentire, non longe abeuntes a cavillationibus Manichæorum, atque etiam deculturibus ejus ac laudatoribus male opinari videantur. Quod quam immerti-

to

to fiat , operæ premium fit ostendere. Scire enim debemus Christiani & Orthodoxi , jus hoc parentem referre Deum : id quod auctoritate juris civilis , ejusq; interpretum , aliorumque sapientum , confirmatis , quo proxime usus sum , *Discursus de Necess. Icti* , §. 22, & 33. Ideoq; Theologis audit *radius aeterna legis* , & immutabilis ordo divine sapientie & justitiae : nec omittunt illi studium ejus ; tanquam vitæ regulam , mortalibus serio commendare . Per hoc dirigit nos Deus O. M. ad salutem nostram , nec civile stan tum mores ordinat , sed & obedientiam ejus majestati debitam injungit : hoc , teste Apostolo , gentiles olim judicabit : hujus vim sentiunt , etiam qui detrectant ; quippe quam , ut loquitur *B. Augusti*

gustinus, Confessionum, 2, 4. ne ipsa
quidem delet iniquitas: quis enim
fur æquo animo furem patitur?
huic qui non attendunt, nullam
habere conscientiam dicuntur;
quæ ~~æxpi~~ improbitatis est. Deni-
que cum jus civile plurima natu-
ralis capita repeat ac instauret;
nec aliud ipsum sit, quam recta
ratio, totiens appellata Romani
juris conditoribus; eoque solo
differant leges à decretis Philoso-
phorum, quod sunt, ut habetur
apud Senecam, *minus mixta præce-
pta*; cur fastidet Jurisconsultus,
ad quod confugit legislator? cur
extenuabit, quo ipse præcipue
spectari & aestimari cupit, quo à
belluis distinguitur? cur modici
laboris fuga, æmulatione, pudo-
re, aut similibus de cauſis, ad hæc
opinionum præcipitia decurret,
divi-

divinasque leges humanis inventis postferet? Jus civile, inquit, certum est, naturale incertum. At si cum veteribus certum illis est, quod non ambiguum; quam manifestum est, generalia & præcipua naturalis juris dictata esse, aperta (qui enim ex eis alioquin posset homo condemnari?) in primis vero ea, quæ sacris litteris continentur, de quarum in moralibus perspicuitate consentiunt. Theologi; tam manifestum ex diverso, jus civile nostrum, ut humana solent, in plurimis esse ambiguum; in eoque evolvendo Jurisconsulti officium & usum, vel maxime cerni. Jurisconsultus enim est interpres: interpretatione vero non egit, quod suo pte ingenio perspicitur. Nec a pud poëtam modo *anigmata iuris*.

ris, sed & passim apud ipsos legimus Jurisperitos. Si vero certum illis dicitur, quod mutari nescit; falsam & convertendam esse eorum orationem, nemo negaverit: ut abunde intelliges ex *S. Augustino, Confess. l. 3. cap. 7. 5^o g.* & *Mich. Ephesio ad Eth. Arist. lib. 5. cap. 7.* Denique si certum vocant, quod non arbitarium, sed sanctione est communitum; quæro, an ergo æterna & morali lege ac libris fatidicis, priusquam nomen juris civilis & Ro. inaudiretur, divinitus præcepta, poena Tartari corroborata, præsentibus sæpe suppliciis asserta, & à Sophis repetita, ut, colere Deum & parentes, ferre indigentibus opem, erranti monstrare viam, arbitriar sint, invalida, fluxa? an minus dubium, Non licere mœchari, quam,

quam , Testamento adhibere iudicio publico damnatum ? Ac, rogo , non ipsius juris civilis nervos incidit , qui naturae jus exar mat ? cum illud ex hoc omnem vim habere , supra obtinuerimus . Nec offendere quem debent controversiae , quibus aut homines gentesq; pravae , aut in ulterioribus conclusionibus hebetiores , aut etiam naturae humanae corruptio universalis , juri naturae , velut Soli , nubes ac nebulas praetendunt . Idem & Jus nostrum civile , & sanctissima Theologia , & quae non scientia patitur ? Lites & dissensiones erunt , donec homines : prudentes vero exitum carum per notos flexus inventiunt , & divino acumine suo explicantur : hominibusq; varie ambigentibus , firma interim & quadrata :

drata stat in medio ipsa scientia. Quod si consilia magis naturæ, quam præcepta intelligunt, & æquitatem obligationis nexu vacuam (nam & tale datur æquitatis genus, in descriptione juris civilis supra à nobis usurpatum) dubio sane caret, æquitatem scriptam & obligantem illi alteri præferendam esse: interim cautius & apertius loquendum erit, nec abjiciendum plane, quod doctiores alteri subjiciunt, & in secundis collocant. At nihil opus est vel jure, vel æquitate naturali: cum Analogia Juris Civilis semper jus aliquod latens æquitatemque ex locupletissimo suo sinu sufficiat, & quicquid deest, uberrime suppletat. Quantum igitur audio, postquam natum est Jus Romanum, supersedere possimus

mus divino, vel debemus: indormivit illud, quo diu generis humani societas, sicut civitates singularæ civili, vel potius utroq; stetit: jacet magni nominis umbra, & nihil amplius, quam cadaver aut somnium est philosophia. Nos sanctos & beatos, si verum loqueris! aut sanctos summe, aut improbos. Sed si analogia juris est, ut quidam volunt, concilia-tio legum in speciem dissiden-tium, ex earum compositione & inter se contentione; nihil ad rem dicitur: ne cum video illud omnia continens gremium, & inexhaustum juris penu. Erit igitur aliud quiddam: & nempe id, quod *Fabius Quinctilianus* significat, lib. 1. cap. 6. *Omnia tamen*, ita inquit, *hac exigunt acre judicium, analogia precipue, quam pro-*

proxime ex Greco transferentes in Latinum, proportionem vocaverunt. Ejus hæc vis est, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quaritur, referat: ut incerta certis probet. Exemplum. Secundum similitudinem servi, monachus acquirit monasterio: & ut patri, ita etiam patrono, qui illius imaginem gerit, dicam scribere non licet. Quarum tamen rerum vera & proxima ratio manifeste ad talionem & æquitatem naturalem reddit, in eaque continetur; etsi istiusmodi exempla illustrare eas possunt. Nescio igitur, an non huc aptari queat quodammodo illud magni cuiusdam Jurisconsulti: *Cum veri perfecti, Icti ad prima principia omnia reducant, eoque tanquam ad clarissimos septentriones semper respiciant,*

ciant, in totius Orbis ambiti ob-
eundo; communes, in quibus non
tantavis ingenit inest, et tantum
spectant inferiora, que à superio-
ribus sunt constituta; ad que, cer-
tis quibusdam in rebus minoribus,
tanquam Pharos quosdam & alias
signa in mari posita spectant, ad
parva alicuius regiunculae navi-
gationem obviandam. Analogia
juris igitur est similitudo, per-
vulgata nitens regula, Similis
caussa similem generat effectum:
unde fictiones juris ortum tra-
hunt. Sed primore teneamus, ob-
servasse Jurisperitos ipsos, non
quovis eam locotutò admitti; ut
in his, quæ ob necessitatem, vel
iure singulari, vel errore indu-
cuntur; nec injuriâ monuisse
Quintilianum, acre judicium,
bac exigere. Deinde, commode
eun-

curdēm in jecissē mentionem *dubii & incerti.* Neque enim vera analogia juris, si quid video, est, cum ex similitudine rei aliquid novum, quod non erat plane, constituitur; sed cum id, quod aderat, nec intelligi poterat, cum eo, quod itidem aderat, & intelligebatur, confertur, & hinc dextram capit explicationem. Duo itaque requirit analogia juris, legem dubiam, & certam, quācum illa comparetur; ne ex interpretatione fiat latio legis: quod indicare videtur contextus L. 27. D. de LL. ex qua legem 12. ibid. & similes explicandas hoc ipso analogiae remedio arbitror. Ne repeatam in ἀπολεγομένοις jam præmonita, aut de responsione & cautela, quam ipsa legum harum verba in se continent, memorem. Quod

si liceat similitudinis ratione aliquid novi, extra id, quod ipsis legibus provisum, statuere, jus nobis jam non integrum, sed infinitum dabis & vagum, & amplissimam unā cavillandi materiem: cum præfacile sit aliquid simile pro causa reperire: & peccabis in disertam Imperatoris constitutionem, qua, *si quid non apparebit legibus ejus inscriptum, ab Imperiali auctoritate vult repletionem peti, L. 3. §. 18. C. de V. J. E.* Itaque rursus non video, quomodo analogia omnium controversiarum dijudicandarum subministrare possit regulas; cum tam angustis legum limitibus sit circumscripta. Latius equidem aliquanto patet Ratiocinatio: sed hæc quoque suis coërcetur finibus. Si enim statuere volumus juri

juri modum , & rationem sequi
ducem , Jurisconsulto , item ut
Theologo , licere neutquam de-
bet , conclusiones ex lege efficere ,
nisi evidentes plane , proximas , &
necessarias ; aut , si contra faciat ,
cum quantacunque æquitatis aut
utilitatis specie audiendus non
est . Hæc prudentiæ & cautio-
nis necessariæ lex suprema . Le-
gislator enim & Jurisconsultus ,
puto , sunt diverfa : illi scribere ,
quicquid libet , licet ; hic scriptoris
mentem , ceu metam , irretortis
oculis intuetur & captat : à qua
cum aberrat , dicens id , quod lege
dici non fateantur omnes sanæ &
imperturbatae mentis , legislatoris
jura involat . Nec magis judi-
cem constringere potest , ut se-
cundum illud judicet , quam ipsa-
rum clamores partium . Relin-

quitur ergo, deficiente jure civili, convenienter explicato, consuli oportere, quod illius intuitu commune dicitur, & juncta id, quod proprium est Romanis, consulendum ab Imperatore proponitur: de quo in conclusione hujus loci cum *Augustino*, laudatarum *Confessionum l. 3. c. 9.* exclamamus: *Beati, quite (Deus) imperasse sciunt!*

XIX. Posteaquam est expositum de jure scripto, subjungamus etiam de inscripto, quod appellatur Consuetudo: quæ, si vera consuetudo est, rationem legis obtinet. Sunt autem nobis duplices generis consuetudines, Longobardicæ, Oberti de Orto & Gerhardi Nigri, dein Patriæ: quæ vel totius Imperii, vel singularum Civitatum. Et Germanicas quidem

dem consuetudines ex Gailio,
Mynsingero, & aliis, virum ali-
quem doctum excerpere, & reli-
quis cumulare, utilissimus fuerit
labor. Sed judicium adhiberi
debet : difficilioris enim hæc res
videtur æstimationis, nec semper
esse communis Germaniæ con-
suetudo, quod hoc titulo vendi-
tatur. Neque minus curæ crit
singulis Germaniæ rebus publicis,
ut proprios sibi mores in usum ac
levamentum eorum, qui versan-
tur in foro, litteris mandatos, in-
gentis thesauri loco ad posteros
etiam transmittant. Nam ha-
c tenus quidem, nisi per experien-
tiā, ejus generis pauca innotue-
runt, multisque multa ignoran-
tia; quibus ut facilius ignoscimus,
ita ex Jurisconsulti nomine, salva
conscientia, non nisi partem con-

cedere possumus. Confuetudini subiectimus Res Judicatas. Nec vero loquimur jam de illis, quæ conveniunt sententiæ legum, aut ab illis approbatæ, legum partem conficiunt; sed quæ præter leges sunt conceptæ; nec de singulis harum, sed compluribus similibus: hæc enim efficiunt consuetudinem, & hoc nomine valent. Quæ & ipsæ neutiquam nescire certe & occultari debebant ab his, quibus decus litterarum & fastigium Reip. in oculis est, aut minore etiam tractari cautione: cum, ut a jure vulgo, minima circumstantia variet rem, & revolutione actorum opus sit; quod & in nuperis comitiis An. C. 1654. DNN. Camerales monuerunt.

X X. Questi sumus hactenus, in generalibus Juris partibus, quas per-

percurrere non piguit, multos deficere: quo minus mirum est, dari etiam, qui integrum Juris speciem cum ignorent, tum despiciant. Nempe, ut dixit olim Satyricus, *Quod quisquis perpetram didicit, in senectute confiteri non vult.* Sunt autem formæ hominis civilistres, Sacrum, Publicum, Privatum. Ita enim malumus, secuti rationem & auctoritatem XII. Tabularum, quam cum Ulpiano primum subjicere secundo: id quod Paganismum sapere, non immerito quidam opinantur. Ausonii illud notum est:

Fus triplex, tabula quod ter sanxere quaternæ:

Sacrum, privatum, & populo commune quod usquam est.

Et apud Fabium, magno judicio virum, lego, lib. i. instit. Orat.

Genera sunt tria, sacri, publici, privati juris. Sacrum à Jurisconsulto non inique expectari, vel ex definitione Jurisprudentiae, rerum divinarum & humana-
rum æqualem habentis mentionem, certum est. Ideoque Theologiae rudem illum non vult esse. Auctor Discursus, de Necessitate JGti, §. 50. Necesse est ergo, ut norit, non Jus modo Pontificium, qua receptum est; sed Ecclesiasticas etiam Ordinationes & Agen-
da, quæ externam disciplinam, concordiam, decorum & ordi-
nem regunt ac describunt. Nam aut hoc jus non est, interpretationemq; non recipit; aut, qui ignorat, titulo Jurisconsulti inte-
gro utendo fallit. Quam multi vero sint, qui (non dicam de Jure Canonum) Ecclesiaz suaz constitu-
tio-

tiones in numerato non habeant,
disputare abstineo: cum satius sit
exorare eos, quibus constituendi
potestatem & curam vis omnia
regens imposuit, ut in plurimum
manibus illas esse, & consilium
instaurandi ac perficiendi juris
non in ultimis habere velint.

XXI. Jus Publicum esse & ve-
ram & distinctam Juris speciem;
cum nemo, quod sciam, inficias
eat, probare ineptum sit. Atq; et-
iam illud constat, vel ex Schützii
Coll. J. P. Disp. I. §. 3. si compara-
tionem instituas, multo digniore
loco eminere jus, quod de maje-
state imperantium, & divinæ pro-
xima potestate, & magistratum
illius radiis fulgentium ordine,
jure, officio, connexione, & ro-
tius Reip. animando velut corpo-
pore sanciat; quam quod, ut cum

Lactantio loquar , de stitlicitiis ,
aut aquis arcendis , aut demanu
conserenda præcipiat . Eoq; Lam-
padius in Dedic. libri Spira à se
conscripti , de Rep. Rom. Germ. præ-
cipuam civilius prudentia portio-
nem vocat . Interim nescio , quo
fato plures huic adhærent , atque
ita , ut publicum nonnunquam
parvifacere videantur : etiam cu-
ris R eip. admoti , ne prorsus con-
silefcant , negotia publica ad tri-
bunal Bartoli & Baldi devocant ,
reclamantibus ad ravim usq; ma-
jore iudicio , animo & doctrina
præditis , & utrumque jus erube-
scendo errore confundunt . Quin-
immocum omni industria nostra
id hactenus asssecuti sumus , ut ,
quid sit jus publicum , adhuc quæ-
zatur & strenue ignoretur . Po-
namus itaque certam ejus defini-
tio-

tionem, & recepta illa, ut spero,
 vulgatos inde errores arguamus:
 plerumque enim hi ex ejusmodi
 primordiorum incuria contem-
 tuq; propullulant. **JUS PUBLI-**
CUM EST, COMPLEXUS LE-
GUM CIVILIUM, DE STATU
REIP. Non multo aliter *Lampa-*
dius, parte I. §. I. descriptionem,
potestatis regendae Reip. appellat.
 Dicitur autem PUBLICUM: non
 tam efficienter sane (nam & pri-
 vatum, quod definitione à publi-
 co debet separari, à summa pote-
 state ducitur) aut finaliter (rur-
 sum enim, abnuat licet *Wesenbe-*
cias, & alii, hoc commune habet
cum privato ; cuius leges quæ-
dam non minus ad utilitatem,
 Reip. primo & *quædam* pertinent;
 ut lex Papia de maritandis ordi-
 nibus, ut decoris urbium cura, L.

20. §. 10. D. de Novi oper. nunt. ut
 aliæ infinitæ) quam objective.
 Objectum ergo, atque adeo pro-
 prius differentiæ χαρακτήρες, est
STATUS REIPUBLICÆ: quod
Ulpianus & Justinianus in defi-
 nitione juris sui publici *rem Ro-
 manam* vocant ; *Theophilus* au-
 tem optime explicat verbis, τὴν τῶν
 Ρωμαίων πολιτείαν. At hoc si recipi-
 tur, primo erroris sunt convicti,
 tum qui omnia in comitiis ab Or-
 dinibus publice decreta, juris pu-
 blici nomine insigniunt ; quibus
 tamen de hæreditatibus, mono-
 poliis, delictis, re vestiaria, aliisq;
 privatis caussis plurima sunt ad-
 mixta ; sicut ex adverso jura sin-
 gularum Ordinum propria, le-
 ctionem magistratum & offi-
 ciorum, & alia publica ordinant:
 tum qui, cautius delirantes, jus
 mixtum

mixtum sunt commenti; quo confusione aditum muniri, certo certius est. Sed & hi, qui definitio-
ni juris publici inserunt, quasi Ju-
stiniani oblivionem suppleturi,
respectum primarium utilitatis
publicæ. Est nonnemo, qui sta-
tum Reip. de ipsa utilitate acci-
piat, confundens finem cum ob-
jecto; dum ad recitata modo *In-*
stitutionum verba, rei Romanae, ita
commentatur: primo scilicet, &
principaliter: per consequentiam
enim & secundario ad publicam
utilitatem spectat, si & res priva-
torum se bene habeat. Deinde jus
publicum **COMPLEXUM LEGUM** diximus. Id enim juris
vox portendere videtur. Qua-
re apparet, quicquid latius pateat
lege, nec auctoritate publica sit
introductū, quamlibet ad Remp.
per-

pertinens; ut, notitia imperii rota, ut præcepta philosophiæ civilis, imperite à nostris juris publici nomine signari; atque etiam quodammodo titulis ipsis, ac velut in limine, impingere, qui commentariis suis indicem faciant, *Jus Publicum*, aut, *De Jure Publico*. Aliud nimirum est, scribere *Jus Publicum*; aliud, scribere ad *Jus Publicum*; aliud, scribere de *Jure Publico*: primum est Legislatoris, medium Jurisconsulti, novissimum Philosophi. Ut ne dicam, quod rubro expositionem juris publici in universum promittentes, nigro juris ex Ro. tantum & Germanico, immo & publico & privato mixti colluviem exhibent. Nisi malint, caussando figuram, obscuritatis crimen subire. Addidimus porro, CL VI-

VILIUM. *Wesenbecius* in *paratitlis* hoc invertit, & Jus omne dividit in Publicum & Privatum; hoc in Naturale, Gentium, Civile. Num ergo jus publicum non civibus, sed felibus forte & muri- bus, aut toti hominum universita- ti fertur? Et fingi quicquam pot- est minus privatum, quam jus il- lud, quod omnes homines & gen- tes in unius societatis corpus ligat? Eodē gladio jugulantur, qui prin- cipia juris publici à naturæ præce- ceptis derivant. Dictum scil. est su- pra, jus civile à naturali distare multis parasangis, & ex diversissi- mo principio existere. Quid? na- tura jubet, ut Francofurti Rex Ro- manus eligatur? ut Elector Saxo- niæ preferat Imperatori gladium? ut octo sint Principes Electores? Atqui parendū esse imperantibus, natu-

naturæ est effatum. Bene sane: sed quid illud ad jus publicum? quod non præcipit hoc , sed ponit; aut, cum præcipit, mutuatur; & cui in quibus quatenus sit parentum, edocet ; quæ ex Reip. rationibus & constituentium arbitrio æstimanda sunt omnia. Non quærit, ut est tale, an imperium sit legitimum , sed , an hoc aut illud hujus vel illius ; quæ si expressa essent ex principiis juris naturalis , non possent non eodem modo apud omnes populos definiri. Dixi de jure publico in universum. Sed ut sius cuique Reip. status, & propria veluti facies , ita jus quoque publicum. *Jus Publicum aliud est proprium, aliud commune,* ait D. D. Tabor , de Regim. Imperant. Eccles. in proœmio. Nam & illi , quid scribant,

me.

nesciunt, qui jus publicum communiter describentes, Romanæ rei mentionē movent: tanquam unicum sit jus publicum, omnibus civitatibus obvia manu recipiendum, omnibusque cothurni instar aptum, videlicet Romanum. Et Germanicum quidem est, quod ad statum rei Germanicæ refert. Quo iterum manifesti sunt erroris, qui Achajam nostram, sed vetere illustriorem, (Germaniam intelligo) Romani juris modulo metientes, cum ad Carolum Magnum ventum est, non ultra inquirendum sibi sumunt, quid glorioissimi nostri majores ante eum constituerint aut gesserint; sed occasione acquisitæ Cæsareæ coronæ, Romanam ex patria digressi, & velut à linea recta in collateralem exce-
 den-

dentes (quod quidem in loco non
caret suâ laude) non secus ac si
Italia trophæum tulisset à Caro-
lo, non Carolus ab Italia, aut si
Imperatores nostri ad præscri-
ptum illius juris unquam Germani-
æ statum reformassent, aut hinc
noscí voluissent, Juris Publici Ger-
manici originem à Lege Regia, &
Principibus Romanis; immo usq;
à quatuor Monarchiis, Urbisve
conditu, ac ipsis pæne mundi na-
talibus, molestissimis ambagibus
vitiosam & prioribus descriptam
narrationem ducunt. Quod viris
etiam in Rep. versantibus accide-
re demiror. At hoc idem est, ac si
Jus Hispaniæ, postquam Neapo-
lis regno huic accrevit, ex Jure
Neapolitano æstimare ac dedu-
cere velis. Nisi forte, quia clarius
est Romanum jus ac nomen, id
eo

eo maiorem obligandi populi vi-
ctoris vim & efficaciam habuit.
Si vero in Germania ipsa jus sæ-
pissime est mutatum, solitumque
Imperatoribus nostris, non Remp.
legibus accommodare, sed leges
Reip. cur jus illud à diversa gente
ortum, & non minus varie mu-
tatum, melioris hodie sit condi-
tionis? In eo tamen dissentio à vi-
ris doctis, quod salubria tantum
consilia suppeditari posse rebus
publicis à Justinianeo jure publi-
co concedunt. Ex quo scilicet re-
ceptum est indiscriminatim in
Germania Jus Justiniani, id est, à
sæculo decimo quinto (quod ve-
rum, ut sic loquar, unionis pun-
ctum, uniceq; respiciendum est,
ac non translati ad Germanos Ro-
mani Imperii tempus) non consi-
lia tantum in iis, quę patrię nostre
bona

Bona ratione accommodari possunt, nec ipsius legibus definita continentur (hæc enim tacita inest exceptio) suggestit, sed, ut videtur, vi jubendi pollet; nec ad illustrandum modo valet, sed & sibi fortitione quadam ad probandum; atque adeo recte interdum citari hoc animo videmus. In proclivi foret plures adhuc numerare errores, qui ipsum juris publici aditum obsessum tenent, si in extemporali scripto evolutione auctorum & profundiore meditatione hæc persequi liceret. Quid multis? jus publicum, si per paucos eximas, qui professionem hujus disciplinæ egregie eruant, cladibus haec tenus, quam meritis cultorum suorum est illustrius: ut, qui inspexerit, objici sibi putet.

Ovi-

Ovidianum illud Chaos, aut veni-
re tempus,

--- *cum compage soluta
Secula tot mundi suprema coë-
gerit hora,*

quod describitur *Lucano*, in prin-
cipio *Pharsalie*. Nec mirum sa-
ne: supponit enim doctrina hæc
cognitionem historiæ, & pru-
dentiæ civilis; monitore Amplif-
fimo Socero, *Prefat. de Regim.
Imp. Eccles.* Hæc sunt ejus, non
partes quidem, ut nonnulli er-
rant, nec principia, ut alibi le-
tum memini, sed adminicula: his
duobus talis velut incedit. Ete-
mim historia legislationem com-
memorat, prudentia civilis truti-
nat: illa repræsentat ea, quæ cir-
cumstant; hæc, quæ subsunt: illa
per principia & progressus, per
causarum momenta interiora
pari-

pariter ac externa & apparentia, per fatorum vices, mutationum occasiones, instrumenta, gradus, in notitiam rei ducit ; hæc ex iis, quæ facta sunt, bene aut secus facta esse ampliori commentatione pronuntiat. Ita *Lampadiani opusculi* prima pars Politica est, altera Historica, tertia denum Iuri Publico domestica. At hæc ipsa bina præsidia, hos talos, admodum languere hodie, qui in his rebus plurimum viderunt, judicant. Quantum enim ad historiam pertinet, notat *Tacitus*, quantus auctor? lib. 1. hist. cap. 1. meliore ævo res populi R. memoratas pari eloquentia ac libertate. Postquam bellatum apud Actium, atq[ue] omnem potestatem ad unum conferri pacis interfuit, magna illa ingenia cessere, inquit. Simul veri-

veritas pluribus modis infracta;
 primum infictia Reip. ut aliena;
 mox libidine assentandi, aut rur-
 sus odio adversus dominantes. Ita
 neutrī cura posteritatis, inter
 infensos vel obnoxios. Quod si
 tam tum inarescere coepit elo-
 quentia (quam à facundia non
 immerito disreveris) & laborare
 veritas, atque adeo historia, ut
 res ipsa etiam loquitur; facile æ-
 stimaveris, quid de nostrorum
 temporum fece credere liceat.
 Quare, ut colligit vir magni no-
 minis, in *Comparatione Actorum
 Publicorum cum Historia conten-
 ta*; quod de nobis merito conqua-
 tur, abunde habebit posteritas.
 Summa rei est (ita pergit) historia
 genium hodie parum à plerisq; in-
 telligi; quando & cetera eruditio-
 nis nomina, quam opera, publice

G notio-

notiora sunt. Nempe, ut idem,
 annot. s. ad Lib. I. Annal. Taciti,
 cap. I. censet, summum eruditio-
 nis & mentis humanae opus est pra-
 matica, quam Polybius vocat, hi-
 storia. De altero studio Cl. Con-
 ringius in Pol. Aristotelis ad Prin-
 cipem Wilhelmum, Ducem Bruno-
 vicens. & Lunenburg. Eo redacta
 est hodie, inquit, civilis pruden-
 tia, ut vix pauci faciem ejus am-
 plius noscant; pleriq; nescio quid
 non ejus loco venerentur: eodem
 que loco, quantum inde malo
 pervenerit ad Germaniam, edif-
 sertat. Nec non & in Dedic. Po-
 liticorum Aristoteli, ad Eminen-
 tissimum Electorem Moguntinum,
 æternum Germaniae jubar; ma-
 gistrorum prudentia civilis exi-
 guum admodum numerum hacte-
 nus repertum, complures quamvis
 lass-

laudem hanc affectaverint, prædicat, & inductione probat: in primisque de recentioribus non modeste minus, quam vere subjicit: *Non fraudabimus quenquam gloria istac, quam sua insigni industria promeruit; mentiar tamen, si à quoquam omnem civilem sapientiam velt actam dixero.* Ac ne *Politica Lipsii* nobis obvertere quisquam posset, de his inter cetera idem egit, *libro de Prudentia Civili, cap. 14. p. 351.* ad quem te, cordate lector, relegamus. Et hæc ipsius esse veritatis verba, jam olim demonstravimus exemplo, agitaræ ignorantium clamoribus per omnes Reip. species Imperii nostri formæ: adde abjecta nunc de capite, nunc de membris ejus judicia, veluti quod Eletores Præfectis Prætorio, Prin-

G 2 cipes

cipes reliquos & Status Consilia-
riis atque Parlamentis assimilantur;
adde illa Θαυμαστὰ ἀκόσμητα, illibata
majestate communicari posse
ejus jura; esse hæc effecta maje-
statis; adde monstrum biceps,
Majestatem Personalem ac Rea-
lem; adde feudorum tricas, &
his paria infinita: nam propemo-
dum εἰπεν οὐγέτος. Sed diu satis huic
loco inhæsimus: abeundum est
ad alias.

XXII. Et quoniam ex his con-
spicitur, quidnam scire velimus
legitimum Themidis partum; de-
inceps dicere aggrediamur, quo-
modo illa scire conveniat. Nec
vero tam de ordine sciendi cri-
mus solliciti, quam de rebus ipsis:
et si in partibus Juris perlustran-
dis commodissima hæc videtur
ratio, ut illi, quorum studia li-
berio-

Beriore gyro includit aetas & Academia, profecti à disciplina juris naturalis , per Romanum & Germanicum ad Statuta & consuetudines suæ civitatis deduci se patiantur ; quorum vero tempora coarctat Respublica aut festinatio , his converso ordine sua demus in Jure , quod in historia amplectenda *Benjamino Maurexio Grotius, in Epistolis ad Gallos;* non incipere ab antiquissimis , sed ab his , que nostris temporibus nostrarum notitia propius coherent , ac paullatim deinde in remotiora eniti . Sed ad ipsarum scientiam rerum , ut dictum , properantes , nesciri ante omnia putamus , quod non intelligitur : intellec tus enim mater est scientiae . Qui cum verborum sit , ac rerum ; il-

lum non aliter necessarium credimus , quam quatenus huic inservit : mentis enim nuntii ac veluti claves sunt vocabula . Bene propterea *Celsus* : *Scire leges , non est , verba earum tenere , sed vim , ac potestatem.* Alii sycophanticum plane dicunt , legislatoris mentem ad verborum apices flectere . Et tamen quid aliud agunt , qui legum verba , communes in primis sententias , contra sententiam auctorum , factis non diversis modo , sed saepe adversis , quotidie commendantur prohibentes , crassiore quodammodo Minerva rem gerere praxin , nemoram ad vivum refecandi omnia curiosius , occupatis dari . Observavit hanc *socordiam* , ejusque mala , amantiss. meus Socer ,
cap.

cap. i. §. i. de Defensione rei ab-
sentis. Sed hi, si satis eruditi &
instructi ex Academia in Remp.
venirent, nihil necesse haberent
ad ejusmodi excusationem per-
fugere; similes in hoc militibus,
qui propter nimiam imperitiam,
ut dicitur in pr. Inst. de mil. test.
jus singulare libi vindicant. Hoc
nempe est, quod querimur, im-
matura fere studia in forum pro-
pelli: hæc illa est malorum Ilias,
quæ adulterinum & incertum
nobis jus ex certo, atque adeo nul-
lum, reddidit: hic contrahet, quic-
quid sive animis, sive arte vales,
qui Reip. in meliorem statum
vertendæ generosa consilia agi-
tas, uti nemini ad forum pateat
accessus, cui necesse sit de sensu
legis inter pericula demum dili-

G 4

gen-

gentius inspectæ properanter ac
sub manum conjicere. Sed nec
perfecte intelligitur, quod non
per caussas & principia sua scitur:
scire enim, extrem per caussas co-
gnoscere. Duplex nempe est ju-
ris intellectus, vulgaris, & exqui-
situs. Ille est, qui nudam legis
sententiam præbet; hic vero, qui
sententiae fundamentum & ra-
tionem: de quo *Corn. Nepos, in-*
Datame, cap. I. Nisi ratio rerum
explicata fuerit, res apparere non
poterunt. Ille iterum juris perito,
cum ultima plebe est communis:
nam, ut ponunt Impp. L. 9: C. de-
Leg. leges sacratissime, que con-
stringunt hominum vitas, intelli-
gi ab omnibus debent: ut univer-
si prescripto earum manifestius co-
gnito, vel inhibita declinent, vel

per-

permissa sectentur. Sæpe etiam
 usū venit, ut lex ipsa rationem
 aperiatur ac præ se ferat: unde par-
 tem legis quidam faciunt Proœ-
 mium. At hoc modo rationem
 intextam cognoscere, non majo-
 ris difficultatis est, quam legere.
 Quare ne hoc quidem ad virtu-
 tem Jurisconsulti proprietati per-
 nit; quod à quolibet Grammati-
 sta etiam præstari potest. Exqui-
 situs vero & profundior intelle-
 ctus, occultas causas tentat; co-
 lores & prætexta ab rationibus æ-
 quitatis, commoditatis, necessi-
 tatis; rationes debiliores à firmio-
 ribus & maxime geometricis pru-
 dentiâ discernit, & ad sua prin-
 cipia legem revocans, eadem
 prope cogitat, quæ repertor.
 quondam ejus; nec respiciens mo-
 do, sed & prospiciens, ingeniosâ

G 5 futu-

futuris usus curâ ad certa nego-
tia & fictos casus , ut præsentes,
applicat ; immo & expedîcâ com-
parandi facultate, purpuram jux-
ta purpuram collocat , & ex le-
gibus , exq; factis inter se com-
missis collatisque proficit : plane
ut quadruplex statui possit hæc
scientia , Historica , Philosophi-
ca , Pragmatica , & Analogica .
An ergo hic intellectus aliquid
erit Jurisconsulti proprium ?
Sunt , qui levent illum hoc labore
sane haud modico nec vulgari ,
negantes ejus esse , legum arcana
rimari , & rimando movere : sunt ,
qui ideo Nomotheticen inferant
in Dicasticen , & unum ex utroq;
corpus efficiant : cui nonnulli , si
Diis placet , addunt tertiam *Ju-
risprudentia Politica* , ut appel-
lant , partem , Buleuticam scilicet .

Nos

Nos mediis accedamus partibus: nam & primi illi Jurisconsultum ad vilissimæ plebis conditionem detrudunt, atque adeo propemodum exauktorant, τὸ ὄτι tantum illi relinquentes, τὸ οἰότι auferentes; & hi ad legumlatoris usque solium attollunt: tertiiis respondere nihil attinet. At enim non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi potest. Quæ hæc nova Dialectica? si non omnium rerum reddi potest ratio, ergo nullius? ergo nulla ne inquiri quidem debet? Quo alio arguento est usurus, qui omnibus artibus ac scientiis fidem & pretium abrogatum cupit? Non indagabimus ergo naturæ mystica, ideo quod & Aristotelem innumerabilium rerum rationes fellerunt, & occultæ dantur qua-

licates? At quidisertim infert *Narratus*: *Et ideo rationes eorum*, *qua: constituantur, inquire non*, *eportet: alioquin multa ex his, que* *certas sunt, subvertentur.* Ita qui-
dem illa: sed facile scitu est, ex
ipsis verbis, à qua inquisitione vir-
optimus Reip. meruar; ab ea nem-
pe, qua: sit animo aut periculo
subvertendi, supra à nobis tacta,
non intelligendi & confirmandi
juris; à scrupulosa, cavillatoria,
legislatoris sibi partes arrogante;
non erudita, utili, modesta: ne-
que hoc, puto, voluit, sacrorum
arcanis prohibendos esse ipsos?
etiam Sacerdotes. Ergo, prose-
quetur quispiam, his ira positis,
opus utique Jurisconsulto erit.
Nomothetices auxilium? Sane
quidem: damus hoc illi, sed ut
mutiuunt, non ut peculum, &
qua-

quatenus ad præsentes leges plenius cognoscendas ejus indiget : cum principia constitutionis, cognitionis quoque sint principia. Nam hoc differt inter legislatorem & togatum : hic prudentia, civili utitur, ad capiendum legis latæ intellectum ; ille materiam ferendæ quærit : Jurisprudentia ex parte & velut jure fiduciario sibi sumit, quod totum penes Nomothericen pleno quodam jure dominii residet. Sicut ergo paullo minus à Jurisconsulto, quam latore ; ita ab eodem haud paullo plus exigitur, quam à vulgo : cum non ideo tantum leges versat, ut norit & obsequatur, sed etiam ut interpretandi peritus, excellente quadam notitia dotatum se ostendat ; si præsertim non tam lucrum, quam per coctam sapientiam.

tiam & nomen eximum. Quam rem quæ optima consequendi sit ratio, ignorare nos non patitur.

Hopperi Seduardus. Idem tamen, cum tres facit legum gradus, remissum, ut, Suadeo ut facias; communem, ut, Hoc facito; intensem, ut, Dico ut facias; amorem potius partitionis trimembbris, quam veritatem videtur sequi. Suadere enim proprie non est legis, sed consilii; nec imperii, sed auctoritatis: reliqua vero duo sunt effectu eadem. Interim, gradus esse præceptorum, non inferior. Quod si præmium pollicetur suasio, est veluti conductio certæ operæ, publice significata: permissio autem negat, ob hoc aut illud factum actionem, in judicio dari, & vim opponere facienti vetat, eoque iussionem,

ob-

obscure continet. De præmiis
notandum est, quod *Hopperus* et-
iam reddi ait *dictis*, *veluti cum*
boni collaudantur. Sic apud Ro-
manos, rerum dominos, tempo-
ribus illis ingentium factorum
adeo feracibus, benemeritis pu-
blico nomine agebantur gratiæ,
aut decernebantur panegyrici.
Quo exemplo, ut leviora delicta
in curiis publico nomine objur-
gari video, ita virtutes & facta
memorabilia laudibus interdum
& gratiis actis eodem modo pro-
sequi, justitiæ simul ac prudentiæ
futurum erat: *magnum enim glo-*
ria calcar habet, & testimonio
hoc est, virtutes à nobis non con-
temni, sed pretio suo taxari, & ex-
ules serio revocari. Atque hæc
quidem in transcursu. Nunc
paullo amplius videre libet de au-
xiliis,

xiliis, quibus arx scientiae legum
occupatur. Et primo, cum an-
te omnia certi esse debeamus de
scriptura legum, veterum præser-
tim (notæ enim sunt vetustatis
injuriæ, & librorum fata) ne di-
versum ab auctoris mente conci-
pientes, linea excidamus, appa-
ret, sperni ab homine fano mini-
me posse circumspecti Critici, vel-
ut alterius legum parentis, aut
veri νομοφύλακος, operam. Dein-
de, si leges illæ ignota quædam
bis temporibus complectantur,
ut cum jus Romanum nominat.
Specularia, Encaustum, vasæ Mur-
rhea, Testudinea legata, Obsidia-
num, atque talia, Antiquitatum
cognitio, non obscure passim
commendata, culta, ostentata
Imperatori, hactenus necessaria
est, ut, quod legas, etiam intelli-
gas:

gas: ne in te accidat proverbium.
 Græcorum, Asino fabulam. Si-
 militer ex Physicis, Grammaticis,
 Geometricis, Arithmeticis ca-
 piendum esse intellectum qua-
 stionum, de legitimo partu, vul-
 nere lethali, finibus regundis, fun-
 do communi dividendo, errore
 calculi, sumtibus computandis,
 redditibus discutiendis, liquet.
 Quid Vegetii, aliorumq; rei mi-
 litaris scriptorum conferre possit
 lectio quam ad condendos, tam
 interpretandos Imperii & Circu-
 lorum Recessus, norunt, vel qui
 præsentium consultationum sunt
 confortes. Occasio autem, ra-
 tiones, fortunæ legum, cum reli-
 quo circumstantium rerum ap-
 paratu, in annalium monumen-
 tis requiri postulant. Doctrinæ
 eam

enim moralis & civilis necessitas,
 quarum altera jus naturæ & æqui-
 tatis cubilia , altera utilitatum.
 Reip. arcana pandit , ex supra di-
 catis ultro sequitur ; adeo ut pra-
 Etica philosophia non illumina-
 tum, nequaquam *Jurisconsultum*,
 sed *Juris stultum* appellandum.
 quidam censeat : sed plane ex re-
 liqua etiam philosophia , quam
laudatarum artium omnium pro-
creatricem quandam , & quasi pa-
rentem , ab hominibus doctissimis
judicari dixit Cicero , quamq; non
parum illustrant prisci rhetores,
leges ratiocinandi & bonæ inter-
pretationis regulas petere , mani-
festa ratio jubet. Inspice , si lu-
 bet , *Discursum de Necess. Jurisc.*
contra Hippolytum à Lapide , §. 13.
19. 20. & 21. D. D. Tab. de Regim.

Imp.

*Imp. Eccl. in prefat. Jo. Loccen. de
Studio Juris, Adam. Kellerum, de
Officiis Juridico-Politicis, Ehem.
Principior. Jur. lib. 3. cap. 3. Besoldi
Templum Justitiae, Cujacii, Jac. Go-
thofredi, & similium, scripta &
exempla; & invenies æqua esse,
quæ poscimus. Sed & Pagani-
ni Gaudentii libellus, cuius edi-
tionem in Germania appellatus
modo Socer meus procuravit, de
Justinianeis aculi moribus, in par-
te his subscripti, insertis prefatio-
ni verbis, quæ sequuntur: In no-
dos profecto vix extricabiles se in-
duunt, qui varias etatum vices
aversati, media tempora cum pri-
mis commiscent, recentia cum ve-
tustissimis colligant fasce atim. In-
felices studiorum quis id hominum
genus non vocet? Densis nebulis in-
volvi*

volvi necesse est omnes, qui, qua-
 ratione leges se invicem excepe-
 rint, unaq; aliam dispulerit, dis-
 punxeritq;, nec quarunt ipsi, nec
 ut querant alii, optant. Demon-
 stratum est, quid fieri oporteat:
 quid fieri soleat, dicat pro me Iac.
 Lectius, qui de Ulpiano, in Orat.
 I. de ejus Vita, sequentia habet:
 Peritiam differendi, studiag; alia,
 que humaniora nuncupantur,
 cum iure civili conjunxit, aut his
 certe disciplinis praeunitum ad
 sacraria nostra artis accessisse; Et
 tradediti iuris methodus, et egregia
 dicendi facultas offendit. ** At
 pudor! non contemnere artis hu-
 jusce magistros plerisq; fctis no-
 stri evi pudendum et refugien-
 dum videtur: quis ad gustum la-
 cuna sola glossatorum, liberalia
 studia

studia fastidiosunt. Et rursus: Olim Jure consulti principes quique studia juris civilis cum eloquentia & linguarum conjungebant, & sententiis atque autoritatibus philosophorum, medicorum, poëtarum, oratorum, tanquam gemmis, illustrabant scripta sua. Unde apud hos Aristotelis, Platonis, Solonis, Theophrasti, Hippocratis, Chrysippi, Homeri, Demosthenis, Ciceronis mentionebra. Et erit unquam, ut vestigia horum ingrediantur homines nostri, & eloquentiae, antiquitatis, historiarum, & bonarum artium decus assuefcant illustrando & explicando Iuri addiscere, aut cœnotantum atque tricis non delectari? Quin insitia haec placet ipsis, & barbariem & ignoriam ante invisam revehere studium multis. Cumque aliquos tule-

tulerit etas nostra Semones, qui superioris æqui tenebras singulari industria discussere, præferunt scilicet alta in luce noctua noctem, & in studium ærægeodias ars sacra-tissima adulteratur. Sed querela super hoc malo frustra omnes: quod, quemadmodum in alia re Tacitus noster, & culpabitur semper, & semper retinebitur. Ac processit eo bac lues, sola ut Principum auctoritate sanari possit: quia nec pudor quisquam ultra, immo nec ve-lamentum pudoris est. De curiosis, & curialibus arcano, quod describit Jac. Gothofredus, ad L. Quis-quis, C. ad L. Jul. Maj. cap. 12. hoc unum subnotamus, cautim agen-dum esse, & sub hac demum lege dandum ei locum, nisi ex rubrica ordine, connexione, immutatio-ne Imperatoria diversum pateat:

id

id quod bene prius explorandum erit. Omnia enim sua se fecisse asseverat Imperator, & impertivisse eis auctoritatem, *Lib. 1. §. 6.* *C. de U. J. E.* adde *§. 7.* & *Lib. 2. §. 10. L. 3. §. 10. ibid.* In omni vero lege primum est mens latoris. De principiis legum, quæ non usque adeo multa sunt, nec dum, quod sciam, demonstrata, nisi quod tale quid promisit *Cl. Conringius*, latior alibi est narrandi locus. Jamdudum enim contra animi destinationem crescit dissertatio, alio super aliud offerente se memoriæ: quo breviores nos esse in sequentibus convenit. Tantum ergo de scientia legum..

XXIII. *Omnium rerum quadam artes, dictum est Petronii Arbitri.* Et certe nullum cogitari fere potest genus actionis, ex quo

non

non humana sollertia, observa-
tione adjuta, certis comprehen-
dens legibus, certoq; præcipien-
di ordine digereris, artem fece-
rit: ut deesse jam novæ inventio-
ni materia in novis artibus mo-
liendis videatur. Quare ergo Jus
cum Bodino & Costalio vel redigi
posse in ARTEM (demonstrata
res Ciceroni, lib. 1. de Orat. Ehe-
mio, Princip. Jur. lib. 7. cap. 17. &
18. Forstero ad Inst. Jur. lib. 1. dispt.
th. 23. & aliis) vel redactum esse
negem? Nisi quod Juris Germa-
nici corpus artificem adhuc qua-
rit. Infelix patria! Quod si quis
dicat, non oportere jus in artem
redigi, quamvis possit, is eo ipso,
Jurisconsultum vulgo rursus in-
serit, & una cum titulo artis, eru-
ditionis laudem imprudenter ei
aufert. Nec me fallit, jus esse
opus

opus late fusum , & multiplex , &
delabi ad singularia , quæ velut
in nodum cogere sit difficile , ea-
que non omnia (sunt enim innu-
mera) sed per saltum , atq; ut tem-
pora ferunt : necesse est ergo mul-
tos intercurrere hiatus ac velut
angulos , qui perfectum scientiæ
orbem effingivetent . Deinde ,
jus quotidie prope mutat , quoti-
die vel augmentum capit , vel de-
tractionem patitur : nec unquam
de eodicta erunt omnia . *Divi-*
na quidem res , uti scriptum reli-
quit Imp. B. 2. §. 18. de V. J. E.
perfectissima sunt , *humani vero*
juris conditio semper in infinitum
decurrit , & nihil est in ea , quod
stare perpetuo posset : multas enim
formas edere natura novas depro-
perat . Necesse est igitur , juris

H ars

ars cum ipso jure singulis qua-
fi momentis convertatur ; si præ-
fertim non tam *vires*, quam *poti-
tua* respicias : nec aliud fecerit, qui
illam meditetur, quam qui, ut est
in fabulis, Lunæ vestem confice-
re paret. Quæ ut de nihilo non
sunt, ita constat, summa rerum
genera, circa quæ leges omnes
verti soleant, (quæ nostra op-
nione in privato iure sex sunt,
de Matrimonio, Potestate Pa-
triaæ, Servis, Contractibus, De-
lictis, Judiciis; prout alias mon-
strabimus) posse colligi ; & ho-
rum membra quædam satis apre-
dispertiri ; eorumque vim pro-
priam definitione declarari ; sub-
jici quoque singulis certa præ-
cepta, quæ *nativitatem* vocantur,
Quintilianus reddit universalis

vel

*et perpetua*lia , nostri etiam principia , quibus principiata omnia contineantur ; ut hæc compendia qui norit , ei necesse non sit , vulgi more , de singularibus rebus certos scriptores aut consiliarios adire ; quæ principia subsequantur leges primitivæ ; deinde , suo quæque ordine & loco , ab his derivatæ . Id quod in Jure Romano eo fit facilius , quo suis semel finibus inclusum , tyrannidi temporis ac mutationum obnoxium esse quodammodo defuit . Ob eamq; cauflam multi multas ingenio excogitarunt vias , quibus ad peritam juris omnis structuram & coherentiam perveniretur , alius tamen alio meliorum , & excogitari adhuc plures possunt ; ipsum vero Justiniani Jus ,

H 2 ad

ad Edicti Perpetui formam con-
cinnatum, non omni arte & or-
dine destitui, dubitari nequit:
nec permultum adeo refert, quo
quisque ordine jus perdiscere ge-
stiat, rem modo ipsam teneat: in
quo varie peccari vulgo cerni-
mus. Præcipue vero meminisse
debemus, uti rerum omnium, sic
materiarum iuris inter se natu-
ralem quandam esse necessitudi-
nem. ~~λαθεται, φεται,~~ qua se mu-
tuore respiciant, scitu ad multa util-
lem; & concipi animo posse i-
deam juris quandā universalem,
ad quam singularum civitatum
jura referre pariter & conferre
liceat; optimeque dispositum
credere, quod quam proxime ad
illam se admoveat: non conte-
mnendum artifici secretum. O-
mni-

mnino autem non tam illud hoc
loco quæritur , aut , nisi omnia
me fallant , quæri debet , quo or-
dine inter se leges sint jugatæ ,
quam quibus præceptis Jurispru-
dentia ipsa , quaque serie præce-
pta constent : quod vix verbo
tangi vulgo , plerisque aliud agen-
tibus , mirari fatis nequeo . In
hoc scilicet cardine Juris Ars re-
posita est : hic Rhodus , hic saltus ,
autē kataβάλις . Sicut enim dicen-
di magistri non tam de ordine
serum , quæ subjectæ sunt orato-
ri , anxi sunt ; quam leges quas-
dam sciscunt , quibus constrictus
tyro , de omni negotio ordinate
& ad persuadendum apposite
dissertat : ita Jurisprudentia non
tam disponit certe leges , quam
sabtilitatem legislatori melius re-

linqui possis credere; quam proprias interpretandi & negotiis civilibus accommodandi regulas (communes enim à philosophia, uti dictum est, accipit) nec cum jure adæque mutabiles, quærit & ordinat: sicut alio forte loco uberiorius explicabitur. Quam pauci vero hodie consecutionem legum & ordinem quendam ac non potius scopas dissolutas, odio laboris; in primisq; vera principia, quantum est eorum; tum præcepta interpretandi, & decreta technica, quibus hæc disciplina, si ars habenda est, indiget, ut & perite tradatur, & facile percipiatur, animo alte infixa & disposita comprehendenterint; vel ex immoderatis & æmōnōtō plerorumque scriptis patet, de quibus *Eudemius*;

Prin-

Princip. jur. non inelegante tra-
ctatu, lib. 7. cap. 1. quod an verisit
artificis & doctoris legum, aliis
ratiocinandum relinquo. Et hæ
de arte juris in præsentis proposita
funte.

XXIV. Jam de VIRTUTE
 APPLICANDI paucis subjunge-
 mus : neque enim in ~~esse~~ co-
 gnoscendæ modo leges , sed et-
 iam in ~~modo~~ recte dispensandæ ,
 & facta cum his commetienda-
 sunt: cum ejus rei gratia potissi-
 mum ferantur. Id quemadmo-
 dum confieri possit , rursus præ-
 monstratum est ab *Hoppero, Se-*
duardi lib. 4. tit. 20. 21. & 22.
 Summa huc redit : diligenter
 inspiciendam esse factum , or-
 tumne sit ab eo , à quo dicitur ,
 nec ne ; cum quid & quale sit;

H 4

fa-

factum ne sponte , an ab invito ;
 consulto , an affectu , an per igno-
 rantiam vincibilem aut igno-
 scandam , & quæ alia comitantur
 negotium ; in quibus egregie nos
 adjuvare potest moralis scientia :
 deinde recte formandus erit con-
 troversiæ status ; quam doctri-
 ñam , à Logicis fere prætermis-
 sam , Rhetores occuparunt : ac
 denique vera ratione argumen-
 tandum , & de facto ejusque me-
 ritis ex jure certi quid conclu-
 dendum est . Celebratur in-
 primis hac facti excutiendi in-
 dustria *Cervidius Scævola* : unde
 frequentata illi formula , SE-
 CUNDUM EA , QUÆ PRO-
 PONENTUR . Quem ut pøf-
 sis imitari , necesse est cum vo-
 luntatem esse rectam , tum judi-
 cium ..

ciūm. Est enim Jurisconsultus, juxta Cujacium, in paratitlio de Orig: Juris, vir bonus, legum & morum ad respondendum peritus atq. interpretandum. Ac voluntas quidem erit recta, si reprimantur pravi affectus; ut, cum odio aut amore à vero & simplicitate tramite seducti, hominum magis, quam caussarum sumus, aut, quod longe deformius, cum trahimur spe aliqua utilitatis, & ingente præmiorum hiatu, vel utrabilæ. Quod & olim, & hodie videntes boni quidam viri, sed non satis acuti, eliminandos esse ex Rep: oratores & procuratores, legibus etiam promulgatis, censuerunt. Nos, ne usum pariter cum abusu perimamus, media rursum incedemus via,

H. 5;

& qua-

& qua ratione hæc cauſſas agentium vitia & foritabes possit quodammodo sanari, obiter exquiremus. Primum huic munere destinati (destinandi vero omnino quidam, ut primum apparere cœperint ac veluti per ætatis involucrum transfluere animi do-tes & inclinatio, in quo multam esse eruditi magistri curam & judicium velim, ut dextre observet; neque ad hoc modo destinandi, sed ad omnia graviora Reip. munia) ut, inquam, sub magistris quam piissimis rectissime eduentur, & justitiae ac juris naturalis amore & studio imbuan-tur. Nec delegetur hæc tractan-darum legum provincia, nisi vi-ris candidis, religiosis, opum non nimium amantibus: quid enim
præ-

præclari expectaveris ab eo , qui
 divicias admiratur ? Intra cer-
 tum quoque & modicum nume-
 rum patroni hi consistant : eo-
 rundem etiam adstringantur.
 sacramenta, sæpiusq; repetantur,
 ac densentur admonitiones : sed
 & poenitentia sacriter vindicandus do-
 lus , quamlibet non magnus , &
 monitionum contemtus : atque
 ad modum certum redigenda
 mercedes: addit *Christoph. Forst-*
nerus, Cancellarius Mombeligar-
 dicus, ad lib. 2. Ann. Tac. lege ca-
 vendum, ne quid à clientibus patro-
 ni accipiant , priusquam lis finem
 acceperit. Ita fore, ut patroni mo-
 ras oderint , & contentione ad me-
 tam , dum sibi sic studebunt , aliis
 prosint. Olim moribus & lege Cin-
 cia nemo ob caussam orandā pecu-

niam domumue accipiebat.. Sed mox adeo res rediit , ut Suilius quadraginta nummorum millia acciperet à Samio , equite Romano.. Disceptata re sub Claudio in utramque partem, *capiendis pecunias modum ille posuit , quem egressi repetundarum tenerentur :* ceu videre est apud *Tacitum, Annal. lib. II. cap. 5. 6. & 7.* Sed ut voluntatem jus tractantium , ita judicium sæpe corrumpunt affetti , adeo quidem molliter interdum , & ut sic dicam , callide , uti nec sentias , immo perturbationibus animi . alios ferri ac rapti tunc maxime conquerare ; cum tu maxime succumbas : quo major adhibenda erit circumspetio , si conscientiam in tranquillo positam velis.. Semotis vero etiam

etiam affectibus, judicio opus erit, ad Spartam hanc eruendam ab ipsa velut natura fabrefacto; quale est, quod practicum appellatur. Quamvis enim plurimum juvari queas generalibus artis praeceptis; tamen, ut Quintilianus stilo utamur, mutantur plerique causis, temporibus, occasione, necessitate. Atque ideo res in Jurisconsulto precipua consilium est: quia varie et ad rerum momenta convertitur. Quid si enim precipias Imperatori, quoties aciem instruet, dirigit frontem, cornua utring promoveat, equites pro cornibus locet? Erit hec quidem rectissima fortasse ratio, quoties licebit: sed mutabitur naturaliter, si mons occurret, si flumen obstat, si collibus, sylvis, asperitate.

H. 7. alia.

alia prohibebitur : mutabit ho-
stium genus , mutabit praesentis
conditio discriminis. Nunc acie
directa, nunc cuneis, nunc auxi-
liis, nunclegione pugnabitur : non-
nunquam terga etiam dedisse se-
mulata fuga proderit. Jam vero
quam multi hodie æqua lance jus
& facta expendere vel non velint,
vel non possint , legum tortores
potius , & bonorum extortores , ut
loquitur comicus , quam juris an-
tistites, aut a syla miserorum ; quo-
tidianas Rerump. clades & gemi-
tus, immo & novissimum Imperii
Recessum & acta , laudatumque
Forstnerum testor..

XXV. Sed jam ponamus vi-
rum , & notitia legum , & arte,
& virtutis ac judicii munere
à cœlo quam plenissime instru-
ctum,

Etum, &c, ut ad pauca redeam,
 totum legitimæ scientiæ orbem,
 sicuti par est, animo comple-
 xum; numquid proderit hoc
 muto, seu, quod idem est, ~~du~~^{du}_ā
~~quem~~^u_l^u_x^u_y^y defecto? num appel-
 lari poterit consultus aut inter-
 pres juris, qui interprete egeat?
 num cui persuadebit, esse se, quod
 erit? Et hoc adeo verum existi-
 mat *Jac. Lectius*, ut, in *Oratione*
de Vita Papiniani, scribere non
 dubitet: *Viguit ars nostra, quam-*
diu studia ipsius eloquentia; la-
bascere caput, quando & illa. Si-
mul, inquam, Jurisprudentia ma-
jestas & claritudo, pura suapte
natura & illimis, in avaritia
& ambitionis limitem tradu-
cta est, simul pravis glossis tri-
cisque silvescere studia nostra
cæpere, simul honestatis & ju-
sticie

stitia amore evanuit; cum inscitia
artium & linguarum, & eloquen-
tiae contemptus, & melioris littera-
tura caligo orbem terrarum occu-
pavit. Quo magis eorum homi-
num, rusticitati dicam, an auda-
cia, hoc tempore succensendum, qui
& superioris avi sordes in scholis
retinere, & elegancia atq; huma-
niorum disciplinarum studiosos
aspernari non verentur, & con-
tumaci quodam cæno lucidissimos
pulcherrime artis fontes inficere.
Quæcum omnibus dicuntur, Ju-
risconsulti nomen affectantibus,
tum ad Antecessores & Doctores
maxime pertinent. Eruditissimus
certe Imp. Julianus sanxit, L. 7. C.
de Prof. & Medicis: Magistros stu-
diorum Doctoresq; excellere oportet
moribus primum, deinde facundia:
& cla-

& clarius hoc scriptum reperitur,
*E. un. C. de Professor. qui in urbe
 Constant. doc.* At nos his omni-
 bus erimus faciliores : remitte-
 mus. Jurisconsulto eloquentiae
 ornamentum, requiremus ELO-
CUTIONIS INSTRUMEN-
TUM. Nihil nunc agemus de ef-
 freni barbarie, quam olim à ne-
 cessitate temporum profectam,
 hodie & affectari pro emblemate
 quodam cernimus : infantia est,
 quam deprecamur, & laborantes
 intricatiq; sensus, & luctantia illa,
 & male cohærentia, & ignota, &
 ambigua passim, & laxa nimis ac
 vaga verba : hæc sunt, quæ tot-
 tantosq; libros componunt; hæc
 sunt, quæ studium juris insipi-
 dum, difficile, impeditum red-
 dunt: ut non prorsus sine ratione
 com-

commentariorū commentarios⁹
aut breviatores ferri hodie videas.
Quod si accedet à non nullis con-
fuetæ loquendi formæ eloquen-
tia naturalis (artificialis enim,
ut per omnes ejus partes liqui-
do monstrari potest, in Gui-
donis Pancirolli *Rebus Deperditis*
locum sibi vindicat) aut quæ sti-
lo curiæ, quem vocant, absolu-
vitur, id omne deputabimus es-
se in lucro. Etsi pudendum est
profecto, tam cito nos ab egre-
giis inceptis & vestigiis majorum
descivisse. Nam post sæculum il-
lud obscurum & plane barba-
rum, illuxit ætas, qua nemo non
brevitati sermonis & candori in
legibus enarrandis studuisse vi-
detur, auspice in primis Maximili-
iano vere maximo Cæsare, du-


ce

ce Melanchthon: accesserunt
viri ingenti litterarum flumine
inundati, qui magnam ex recon-
dita eruditione Jurisprudentiae
lucem & cultum inferebant, he-
roici saeculi conditores. Spes
erat, majore adhuc concinnitate,
profluentia, ornatu, ad exem-
plum fere Ciceronis, jurisperi-
torum eloquentissimi, & elo-
quentium juris peritissimi, in haec
talia addendo, summam velut
manum eloquentiae forensi &
gloriae saeculi impositum, &
quod supererat ex pristino il-
lo horrore & salebris, peni-
tus expugnatum iri: sed ecce
desubito fortuna lassata nos
destituit: filiorum Jovis tur-
ba illa abiit, excessit in saecu-
lum iniquitas & superna, quo
ex

ex libidine animi. quisque lo-
quitur, & una ex dissensionibus
laurea petitur, omnia labuntur,
aut jam lapsa sunt: pauci tantum,
in uno aut altero terrarum angu-
lo sepositi, adhuc pristinam Juris-
prudentiae dignitatem & decus
sustinent: quos eo impensius ex-
osculari, suspicere, in lucem
protrahere, ultima salutis
ratio suadet.

F I N I S.





MENDA SIC EMENTANDA.

- Pag. 12. lin. 5. pro propriam, scrib. propria.
15. 20. post jubet, pon. vi.
27. 13. pro dicto, scrib. dicta.
26. 6. exposit. acquisit.
28. 10. ex, &
37. 37. assimilatam, assimulatam.
38. 13. totum, totam.
ibid. Romanum, Romanor.
39. 11. assimil. assimul.
40. 16. Leotis, Lethis.
41. 16. ubi, uti.
43. 9. officium, officiunt.
44. 9. βιβλ., βιβλ.
ibid. 18. in scientia, inscientia.
52. 2. suscipit, suspici.
54. 20. confront. confronte.
58. 9. post contradic., pon. etiam.
62. 11. post Cereo. pon. commis.
62. 14. virtutes, fibentes.
77. 14. erit. erunt.
82. 1. post vindicationis, emissa
quadem.
86. ult. inexpugnabiles, inex-
pugnabilis.
87. 13. ex his, & hi.

Ἑ(Σ)Ἑ

Pag. 87. lin. 17.	ixv.	ixv.
99. 20.	Arcopago.	Arcopago.
103. 20.	enarrat.	exerrat.
ibid. 22.	eodem.	eodemq.
108. 9.	communes, commune.	
110. 9.	sita.	ditta.
112. 5.	ſificato.	uſtato.
117. 20.	arbitria.	arbitraria.
120. 7.	philosophia.	philosophia.
122. 1.	ambiti.	ambitu.
126. 4.	juncta.	juxta.
ibid. 17.	duplices.	duplicia.
128. 15.	nescire.	nesciri.
129. 8.	hominis.	juris.
140. 14.	poſt;	pon. d.
142. 19.	eruant.	ornant.
145. 16.	contenta.	contexta.
146. 4.	pramatica.	pragmatica.
154. 1.	futuris.	futuri.
156. 6.	ilka.	ille.
157. 17.	berfat.	berfet.
ibid. 18.	per collam.	percoctam.
158. 1.	poſt eximum.	pon. ambeles.
161. 18.	fortuna.	fortuna.
163. 4.	digereris.	digerere.
170. 4.	ψυφια.	ψυφισμ.
ibid. 13.	Patrie.	patria.
273. 17.	ordinate.	ornato.
375. 4.	bac.	bac.

176.



176. 20. *proponentur. propone-*
rentur.
178. 8. *transfluere. translucere.*
180. 1. *domumbe. donumbe.*
181. 2. *eruendam. ornandam,*
183. 6. *iēmēr. iēmūr.*
187. pen. *post excessit, pon.:*

F I N I S.



225655 971

Digitized by Google

Digitized by Google